

COLLECTIONS
FOR
A HISTORY OF THE SHIRES
OF
A B E R D E E N
AND
B A N F F.

ABERDEEN:
PRINTED FOR THE SPALDING CLUB.
M DCCC XLIII.



PRESENTED
TO
THE SPALDING CLUB
BY
THE EARL OF ABERDEEN.

TABLE OF CONTENTS.

	PAGE
THE EDITOR'S PREFACE.....	ix
MAP OF THE SHIRES OF ABERDEEN, BANFF, AND THE MEARNES, BY ROBERT GORDON OF STRALOCH. (M DC LIV.).....	xiii
I. PRAEFECTURARUM ABERDONENSIS ET BANFIENSIS IN SCOTIA ULTRA-MONTANA NOVA DESCRIPTIO, AUCTORE RO- BERTO GORDONIO. (M DC LI.—M DC LX.).....	1
II. DESCRIPTION OF ABERDEENSHIRE, BY SIR SAMUEL FORBES OF FOVERAN. (M DCC XVI.—M DCC XVII.).....	31
III. A VIEW OF THE DIOCESE OF ABERDEEN. (M DCC XXXII.)	67



THE EDITOR'S PREFACE.



HOWEVER crude or unsatisfying the contents of the following sheets may appear to those who are accustomed to the more copious and elaborate "County Histories" of England, so much has a useful and not unpleasing field of literature been neglected in the northern part of the island, that, perhaps, the present is the most extensive collection of materials which has yet issued from the press to illustrate the antiquities and topography of any Scottish shire.

The DESCRIPTION OF THE SHERIFFDOMS OF ABERDEEN AND BANFF, BY ROBERT GORDON OF STRALOCH, which occupies the first place in the volume, was prepared by that amiable and accomplished scholar, to accompany a Map of the counties, which he contributed to Blaeu's *Theatrum Orbis Terrarum*. The fifth part of that work, containing the Atlas of Scotland, was published at Amsterdam in the year M.DC.LIV.; but in this edition Straloch's Description did not appear. The publisher has been charged with *intentionally* omitting it;¹ but the probability seems to be, rather, that it did not reach him until after the book had left his press. In the second edition, which was published in the year M.DC.LXII., the Description was inserted at length; and from this source it is now reprinted, opportunity having been taken to amend a few manifest faults, as well as to correct a more numerous class of errors, in the names of places, which it was scarcely possible for a foreign printer altogether to avoid. One or two defects, also, have been supplied by reference to fragments of the Description, in the author's handwriting, extant in a volume which was at one time the property of the well-known antiquary Sir Robert Sibbald, and is now preserved in the Library of the Faculty of Advocates at Edinburgh.²

¹ Archbishop Nicolson's Scottish Historical Library, p. 18. Lond. 1702.

² MSS. Bibl. Adv. 34. 2. 8. (W. 2. 20.)

The same noble repository contains an interesting volume of geographical drawings by the laird of Straloch, and by his son, James Gordon, parson of Rothiemay; and from a collation of these with the more elaborate, but occasionally less exact, engraving in Blaeu's Atlas Scotiae, the MAP OF THE SHIRES OF ABERDEEN, BANFF, AND THE MEARNS, has been constructed for the present work.

It might have been expected that of Straloch's many contributions to the topography of Scotland, those which his filial regard designed for the illustration of his native province, would be not the least valuable; and they seem, indeed, to bear traces of more than common care. His Map, after the lapse of nearly two centuries, still presents, in several respects, the most instructive delineation which has appeared of the north-eastern district of Scotland; and, certainly, no more recent account has surpassed, either in point of accuracy or of interest, his *DESCRIPTIO PRAEFECTURARUM ABERDONENSIS ET BANFIENSIS*.

The imperfect *DESCRIPTION OF ABERDEENSHIRE*, to which the second place in the volume has been assigned, is printed from a copy, made under the care of Sir Henry Ellis, of a manuscript in the British Museum.¹ In Ayscough's Catalogue of the national collection, this fragment is attributed, on what authority does not appear, to "the reverend Patrick Forbes;" but, by means of a quotation preserved by Mr. James Man, in his "Memoirs of Scottish Affairs," published in the year *M.DCC.XLI*,² we are enabled to identify the work in the Museum, with a "MS. Description of Aberdeenshire, by Sir Samuel Forbes of Foveran," of which several copies appear to have been known, as well in the county as elsewhere,³ during the last century.

This gentleman, descended of the ancient family of Forbes of Tolquhon,⁴ was born at Edinburgh, in the summer of the year *M.DC.LIII*. He inherited the barony of Foveran from his father. In the year *M.DCC.*, he was created a knight baronet; and he died on the sixteenth of July, *M.DCC.XVII*., leaving a son, Alexander, who succeeded him in the title, and died about the year *M.DCC.LVIII*.

The *DESCRIPTION OF ABERDEENSHIRE* affords sufficient evidence in itself⁵ that it was not written before the close of the eventful year *M.DCC.XV*.; and, as the

1 MSS. Sloane. no. 4215. art. 8. in Brit. Mus.

2 Reprinted in Gordon's History of Scots Affairs, from *M.DC.XXXVII*. to *M.DC.XLI*., vol. i., appendix to the preface, no. 1. Aberdeen, 1841. Printed for the Spalding Club. Conf. p. xxi. note * of that reprint, with pp. 39—41 of the present volume.

3 Gough's British Topography, vol. ii., p. 642. Lond. 1780; Bibliotheca Topographica Britannica, vol. v. no. iv. pref. Lond. 1790.

4 Genealogy of the Family of Forbes, p. 67. Inverness, 1819.

5 See below, pp. 39, 40, 369, 371.

author died within eighteen months of that period, we may, perhaps, safely enough, conjecture that he left his work in the same imperfect state in which it has reached us. It would appear, indeed, from the manuscript in the British Museum,¹ that he had abruptly broken away from the labour of describing the county generally, to enter on the more congenial task of expatiating on the history of his own parish of Foveran, and of recording the multitudinous devices with which his pedantry had adorned his mansion house of Tillyery.

The VIEW OF THE DIOCESE OF ABERDEEN, which takes the last place in the volume, is printed from a manuscript in the Library of the Faculty of Advocates at Edinburgh.² This is the only copy of the work now known to exist, although another was extant about the middle of the last century, among the manuscripts in the library of the Earl of Errol, at Slaines Castle, and although traces of other transcripts have been found, much more recently, in different quarters of the diocese.

Of the writer nothing is known beyond what may be conjectured, as to his name, from a note on one of the boards of the volume: "Al: Keith fin^t haeec MSS. Novr. 25. 1732"; and beyond what may be gathered, as to his calling, from the work itself. A perusal of its pages will leave no room for doubt that its author was a zealous presbyter of the Episcopal Church of Scotland; and the persecutions which afflicted that communion, in his day, and during many following years, as they may help to explain more than an occasional acerbity of expression, or peculiarity of phrase, into which he has been betrayed, so, perhaps, they may sufficiently account for the complete oblivion which has fallen upon the learned and industrious compiler.

His work obviously has never been completed: it often presents, indeed, in the shape in which we find it, less of the appearance of a continuous narrative than of a series of tables of rough and disjointed notes, so that, in order to exhibit its text in a manner that might be generally intelligible, there has been found frequent necessity, while scrupulously preserving the substance, to use a little freedom with the form and arrangement of the manuscript.

The writer seems not only to have been diligent and painstaking in his enquiries after such information as was to be looked for on the spot, but to have possessed no mean knowledge of Scottish antiquities in general, according to the defective measure of his time; and his work, on the whole, must be admitted to be a creditable performance, if but due allowance be made for the unfinished state in which it was left, and if we duly bear in mind that the author's object was to

¹ In the MS. in the British Museum, the "Description of Aberdeenshire" is immediately followed by the "Description of the Parish of Foveran," which appears at pp. 367—371 of this volume.

² MSS. Bibl. Adv. 31. 2. 12. (Jac. V. 6. 24.)

exhibit not so much the civil as the ecclesiastical history and condition of the province.

It appeared to the Editor, from the manifest imperfections and somewhat loose arrangement of the VIEW OF THE DIOCESE OF ABERDEEN, that he might venture freely to introduce, in appropriate places throughout its text, such illustrative documents as he had been able to collect from other sources. These *pièces justificatives*, (together with the annotations by which he fears he may have too frequently cumbered the volume,) he has been careful to distinguish from the work which they are designed to illustrate, by printing them within brackets, and in a smaller type, subjoining such brief notes as will, it is believed, in every instance, serve sufficiently to indicate their nature, as well as the places where they are deposited. One large class of them, it will be seen, has been derived from the charter rooms of noble or ancient families within the limits of the two counties. The "Topographical Collections" of the indefatigable laird of Macfarlane, preserved in the Library of the Faculty of Advocates at Edinburgh, have supplied a second class; and a third has been furnished from the same library, by the collections of charters made by Sir James Balfour and the first Earl of Hadington, and by the registers of the great Benedictine monasteries of Saint Mary, at Kelso, and of Saint Thomas the Martyr, at Arbroath.

It has been deemed allowable, in most instances, so far to abbreviate the charters, and other deeds of record, to which insertion has been given, as to omit from them words or clauses of merely common form, or technical import. This is a liberty which the Editor trusts will scarcely require an apology: he fears that the fragmentary aspect which his method of abbreviation has imposed on so many of the documents, will be less readily forgiven. The plan which has been followed was not, however, adopted without due consideration: its advantages, on the whole, appeared to outweigh its obvious defects, and it was, besides, recommended by ancient precedent, as in the instance of the earlier rolls of the Register of the Great Seal of Scotland.

In printing a volume of such extent, and so abundant in names of places and persons, many faults, doubtless, will be found. Against some such errors, perhaps, no care or skill on the part of an Editor could wholly provide; and, probably, they who have most reason to know the difficulties which beset a work like this, will not be the least ready to excuse the imperfections which may be discovered in its execution.

JOSEPH ROBERTSON.

GLASGOW.

XXII. November, M.DCCC.XLIII.

I.
PRAEFECTURARUM
ABERDONENSIS ET BANFIENSIS
IN SCOTIA ULTRA-MONTANA
NOVA DESCRIPTIO,
AUCTORE ROBERTO GORDONIO.



PRAEFECTURARUM
ABERDONENSIS ET BANFIENSIS
NOVA DESCRIPTIO.



UAE hac praefecturae Grampios montes et Deam *Limites.* fluvium, a meridie, limites habent : ab occasu, Speae fluminis partem inferiorem, post emensam cursu suo Badenocham : ad boream, terminantur sinu Ptolomeo *Varar*, (hodie *Murra fyrth*,) dicto ; caetera aperto oceano pulsantur. Proximae iis provinciae, Mernia (*Mernis*) et nonnulla Angusiae pars, imo etiam superiora Atholiae ; omnia haec ad meridiem : ad occasum, Badenochia, et nonnulla Moraviae pars : caetera, ut dixi, mari cineta.

Coelum, in assuetis et calidiore aëre natis, frigidiusculum ; tem- *Aër* peratum, tamen, et salubre. Aestates, nonnunquam, imbribus spem messis retardant, non fallunt : hyemes, supra fidem climatis, mites : quod, exteris huc advectis, Danis, Prussis, Polonis, mirum, cum apud eos terra, totam hyemem, perpetuis nivibus, rigido gelu concreta et abdita, lateat.

Nullus hic hypocaustorum usus ; luculenter satis instruuntur foci *Fomes* effossa gleba nigra, bituminosa, non illa levi et fungosa, sed gravi et solida, quae ad ventos et solem siccatur : non autem ex fluminum alveis, aut paludibus, (ut apud Belgas depromitur,) sed passim in superficie telluris, cespite detecto, se prodit : cujus haec causa et

origo. Cum, ante aliquot secula, omnia hic silvis inhorrescerent, magno agriculturae impedimento, desectis iis, aut aevo putrescentibus, supercrevit muscus, udis potissimum et depressis locis: muscus hic, primum levis et fungosus, at novo singulis annis accrescente auctus, induruit; et in terram nigram, solidam, pinguem abiit, non illam, sane, aratri utilem nisi combustam: tum, enim, cineribus mirum in modum luxuriant segetes: post unum, vero, aut alterum annum renovantur cineres, et nova ustio necesse est. Has terras agricolae avidè appetunt, hoc compendio laetaminis allecti. Tellus ipsa, ad octo, aut duodecim nonnunquam, altitudinis pedes, hoc corio vestitur; quae detecta aperit ingentes arborum truncos, radicibus desectos, aut aevo putres, saepe ignibus evictos. In regionibus inferioribus adusque ipsa littora, robora et quercus, alni, salices, coryli prae-pollebant; in montanis, abies, pinaster, picea, (quae etiam hodie, ut plurimum, durant) frequentiores; betula, vero, utrisque communis. Sed haec tanta copia, jam in inferioribus locis, ubi tellus agriculturae aptior, ad inopiam transit; unde materies ad aedificia, ut plurimum, e vicina Norvegia, mari advehitur: ad rem rusticam satis est domi. Silvarum vero domesticarum quod superest, vectura difficilis ex locis aviis, itineribus asperis.

Arbores.

Solum.

Ingenium soli varium, ubi longius mari abest, montibus attollitur, inferiora collibus distincta, qui fluvii aut rivis irrigantur. Ubi evariet tellus in sequentibus narrabitur; at generaliter, non infœcunda, quae humanus usus postulat, si diligentia adhibeatur, cum foenore reddit. Triticum, secala, hordeum, avena, abundanter habentur; pisa, fabae, ex leguminibus: caetera negliguntur, cum tamen non deessent adhibita cultura. Stirpes, herbae, plantae, ad usus medicos, in hortis, campis, montibus, non desunt; peregrinis, etiam, (vel semine vel plantis advectis,) tellus hospita, quod quotidianis curiosorum experimentis compertum habemus; adeo, ut si quid desit aut adsit, totum hoc incolarum socordiae aut industriae de-beatur.

In superioribus et montanis tractibus, pastui, (quae vita otiosior,) indulgetur; at, in inferioribus, ubi solum mitius, uberes campi, colles

frugiferi, totos se agriculturæ dedunt: hoc unicum ruris studium, nulli loco parcitur ubi segetis spes, aut aratris commoditas; non prata, non pascua, aviditatem hanc effugiunt. Foeni segnis cura; quem defectum, stramine avenaceo et hordeaceo, quibus delectantur et aluntur domestica animalia, hyeme tectis conclusa, sarciri experiuntur.

Mare semper apertum et navigationi opportunum, nisi tempestates impediunt; quibus, non solum nostrum hoc, sed omnia maria obnoxia sunt: egregie itidem piscosum; sed homines e faece vulgi, qui huic vitæ sese addixerunt, illud ad quotidianos usus, non ad lucrum ex negotiatione parandum, exercent: unde exteri, (praesertim Belgae,) dum quotidie, inspectantibus nobis, ex halecum aliorumque piscium captura magnum quaestum faciunt, illis, quibus hoc studii esse debet, ignaviam exprobare videntur. Quamvis, autem, littora haec syrtibus, pulvinis, vadis, libera, et arenaceo fundo, anchoris apta sint; importuosa, tamen, et paucis portubus, (quorum postea erit meminisse,) navibus, praesertim majoribus, pervia.

Flumina, mirum in modum, piscibus foeta, potissimum salmonibus; quibus naves aliquot quotannis oneratae, aliisque quae regio fert mercibus, referunt quae domi non sint, aut si superabundaverint merces, redit pecunia. Huic piscaturae tanto studio opera impenditur, quanta socordia oceani opes negliguntur.

Si incolarum ingenia spectentur, cum his locis debeam natales, modeste dicendum est, et in hac parte, ut etiam ubique, veritati litandum est: attamen, ne quid supra veritatem dicam, qui haec loca apprime norunt, fatebuntur incolas mitioribus ingeniis, subaecto iudicio, cultura animi morumque, vicinis omnibus, maxime vero qua regnum hoc hinc in septentriones et occasum vergit, praepollere. Debetur hoc, partim, peregrinationibus apud exteros, et Athenaeo Aberdonensi, quo undique quam multi confluent; e montanis provinciis, ad nativam feritatem deponendam; alii, ut rudimenta pietatis et scientiarum altiora suscipiant, et se pares, vel publicis vel privatis negotiis, postea praestent. Si humiliorem sortem et vulgus

spectes, agriculturae aut mechanicis artibus, quas vix feliciter exerceant, se dedunt; nonnulli, tamen, emergunt. At pars melioris notae, aut natalibus clari, cives etiam et oppidani, a primis annis, literis exerceantur; adultis, peregrina cordi est educatio. Negotiatio urbanis relinquatur: meliores, (magno suo malo,) id vitae genus, ut natalibus suis impar, dedignantur; unde inopia multis; cui levandae, ad tractanda arma se accingunt, quae, multis locis apud externos, Belgas praesertim, Germanos et Gallos, semper amicam et illis adamatam gentem, a multis annis, cum laude, exereuerunt; ingenii, enim, acribus, et fervidis, sive Musis sive Marti se mancipent, non leviter proficiunt. Quibus aetas deferbuit, domi otium, in villis et praediis suis agitantes, urbanam vitam rusticae posthabent: oppida, nisi negotiis invitantibus, raro visentes: sed neque mercatores et negotiatores urbani hanc desidia notam effugiunt; horum quam plurimi, aucto censu, reliquam vitam domi segnes transigunt. Majoribus nostris parsimonia in virtutibus habebatur; hodie, commerciis peregrinis alii mores inhibiti, ebrietas, commensationes, luxus: quae multis pauperiem fecere, nec tamen absistitur.

Pisces. Flumina diversi generis piscibus luxuriant; varietas, tamen, copiae cedit; innumera truttarum examina supra caeteros: harum sex distinctae habentur species, omnes sapidissimae et palato gratae, et, cum saxatiles sint, non negantur aegrotis: non, enim, nisi puras et limpidas aquas habitant: nullus rivus qui non his seateat. Flumina haec postea dicenda, conchas margaritiferas alunt, unde quandoque uniones pretio digni habentur; conchae hae limoso fundo inveniuntur: expiscandi ars vilioribus relinquatur, qui, artis ignari, saepe inanes redeunt.

Volucres. Non desunt volatilium varia genera, sive aquis sive montibus delectentur, unde aucupii frequentis occasio: est ferina venatio cervorum et damarum, sed nemorum, silvarum et montium propria: leporum ubique est, et plus satis vulpium.


Lupi. Noxia, et gregibus infesta, animalia absunt; lupi, enim, jam tantum non interiisse creduntur, aut, si qui sint, procul a mitioribus plagis et hominum cultu absunt. Serpentum unicum genus,

saxosis montibus, aut muscosis ericetis, abditum, unde ab illis parum periculi: bufo rarus, neque, quod sciam, aliud venenatum reperitur.

Habentur, diversis locis, lapidis arenacei venae; eaeque multorum generum, qui politi et artificio manu in varias formas secti, marmoris defectum supplent, aedificiis decoram venustatem addunt. Lapidis calcarii tanta copia, ut, nonnullis locis, ad laetandos agros effoetos adhibeatur. Sunt lapidum molarium diversa genera; et lapidum fossilium, ad tegulas et tectorum imbrices, satis est. *Lapides.*

Nequeo mihi temperare quin describam lapilli genus, his locis quasi peculiare, nulli scriptori hactenus agnitum aut memoratum; quod miror, quomodo Boethii nostri diligentiam effugerit, qui hic maximam aetatis partem egit et fato functus est, in talibus saepe nimius. Lapillus hic neque pretiosus neque pellucidus, materia huic durissima et fragillima silex, cujus hic plus satis est; lapilli hi artem referunt, sed qualem, ex tam fragili materia, nemo artifex assequatur: duabus formis reperiuntur, una, hamato telo persimili in tria distincta capita desinens, trigona figura; altera species, venabuli ferrum plane refert: omnes magnitudine sicut et colore varia, silicem unde sunt imitantes: longitudo, duum aut unius aut dimidiati pollicis, crassities ad unius aut duorum frumenti granorum, accedit: totus asper, impolitus, manent tanquam ferramentorum vestigia quae laevigari desiderant; at latere omnia acuta. Solo hoc, lapilli hi mirandi, quod casu aliquando in agris, in publicis tritisque viis reperiuntur, nunquam autem vestigando inveniantur; hodie, fortasse, reperias ubi heri nihil, item, a meridie, ubi, horis antemeridianis, omnia vacua; et haec, ut plurimum, sudo coelo, aestivis diebus. Retulit mihi vir probus et fide dignus, sibi equo iter agenti, in summa ocrea unum repertum; idem contigisse scio faeminae equo vectae, quae unum e sinu vestis depromisit. Hos vulgus, patrio sermone, (*Elf-arrow-heads*) vocant; si latine interpreteris, ferreas sagittarum cuspides, quibus Lamiae sagittant, sonat: Faunos, enim, Lamiasque, et id genus spirituum, *Elfs* nominant; de *Lapilli singulares.*

his, harumque apud hos sagittandi usu, ea fabulantur, multique credunt, quae chartis dare ineptum esset. Formas et magnitudines curavi adjiciendas: sed de his plus satis.



*Paganismu
vestigia.*

*Lapides
stantes.*

*Lapidum
cumuli.*

Manent adhuc paganismi vestigia, non in animis hominum, sed in locis cultui dicatis: visuntur septa ingentium saxorum, in orbem disposita; unum, intra orbem, latitudine prae ceteris conspicuum, austro obversum, arae locum praebuisse videtur: saxa haec, difficili vectura, saepe e longinquo, petita. Sunt, nonnullis in collibus, etiam in montium fastigiis, immensi lapidum minorum cumuli, ante Christianismum procerum tumulis dicati; nam, disjectis et erutis, ossa inveniuntur, et quibusdam honor nominis adhuc manet. Sunt etiam

diversis locis lapides aut saxa erecta, longitudine et magnitudine insignia; horum nonnulla, figuris inscriptis, at nullis literis, creduntur victoriarum aut cladum monumenta, quarum memoria intercidit. *Lapides figuris inscripti.*

Nundinae frequentes et celebres, aperiente se anno donec brumales dies (hic breviores) prohibeant, totis hisce regionibus agitantur; nulla fere parochialis ecclesia, quae suas non habeat, pleraeque plures, quae referre otiosi est. *Nundinae.*

Jam ad situm singulorum districtuum properanti moram facit, quod in iis describendis non raro *baronum parlamentariorum* meminerim; quae vox cum adhuc novitia sit, quid mihi ea significet dicendum. Dignitatum et honorum gradus qui hodie in usu, Romanis seculis incogniti, huc me impulerunt: sic igitur habe. Antiquissima et nobilissima apud nos dignitas, (etiam suscepto Christianismo,) Ab-thanorum et Thanorum nomine habebatur; jam a multis seculis dignitas illa evanuit, manet vox et nomen. multis praediis id referentibus. Primus Malcolmus, cui Canmoir agnomen, circa annum salutis MLVI. depulso a gubernaculis regni Mac-Betho tyranno, comitum nomen et dignitatem e vicina Anglia invexit; tumque supremus regni senatus diversis ordinibus distinctus est, quibus omnibus Rex praesidebat: huic senatui, intercedente illo, rerum agendarum nullum jus; annuente vero, leges figebantur aut refgebantur. Ante haec postrema tempora constabat hic senatus his ordinibus: duces, si qui essent, (non raro autem nulli erant); marchiones; comites; vicecomites; et barones, quos *parlamentarios* voco, (consessui enim huic *parlamento* nomen.) unum ordinem explebant: ex his marchiones et vicecomites nuperi admodum apud nos; comitum, qui patria voce (*carls*), et baronum parlamentariorum, qui (*lords*) dicuntur, prae caeteris antiquior dignitas. Barones, vero, simpliciter sic dicti, cum reliqua nobilitate, quorum ingens numerus, et robur, quibus sane revera regni vires constant, per defectos e suis, alterum ordinem constituebant, id autem ad vitandam turbam factum; hunc ordinem Jacobus Rex, (nostra memoria,) aut desuetum revocavit, aut novum caeteris, (perspecta necessitate,) addidit. *Barones parliamentarii.*

Barones simpliciter sic dicti.

Episcopi.

Episcopi itidem, (dum adhuc essent,) et superioribus temporibus caeteri praesules, quos praelatos vocabant, justum et plenum senatum explebant: hi propter sacrarum rerum reverentiam primi censebantur. Equestris autem honos, apud majores nostros, magni habitus, nec nisi justa de causa etiam honoratissimis collatus, virtutis militaris praemium erat; at nunc, alia rerum facie, postquam ad fora, ad urbes descendit, a melioribus neglecta eviuit; maxime autem non ita pridem, cum emendicato a nimis facili ad haec principe, honos hic haereditarius factus, venalis omnibus patuit. Armigerum ordo, qui in vicina nobis Anglia frequens, nobis incognitus et neglectus est.

*Equites.**Pagi.*

Hic, etiam, admonitum lectorem meum cupio, cum paucis pagis totum regnum nostrum quaquam patet, ut plurimum habitetur, non inde infrequentiam incolarum aestimandam: cujus rei causa haec est. Coloni, agriculturae studiosi jam ab initio, videbantur sibi pagis arctari, neque in tanta vicinia, rei rusticae satis prospectum: primum, enim, in pagos divisae regiones erant; horum singulis, tantum arabilis soli tributum, quantum quatuor aratris singulis annis proscondi posset. Hae terrarum sectiones, prisca lingua, (*Daachs.*) vocabantur: manent adhuc, in superioribus regionibus, et agnoscuntur termini, quanquam divisis sedibus: at, desertis silvis, non jam quatuor aratra sufficiebant, finium laxitas agriculturae nocebat, unde domini, divisis agris singulis, ad facultatum rationem terminos posuerant, sic ut continuae non contiguae sedes essent. Memini me, primis meis annis, hujus rei exempla vidisse. Statim, desertis pagis, singuli in sua demigrarunt; ubi vena aliqua uberioris soli invitaret, hic lares fixi, hodieque sic manet. Sed jam singula lustremus.

*Daachs.**Provinciae.*

Praefecturae hae, varias provincias et tractus, sub se continent, nominibus et limitibus suis, ut plurimum, distinctos: ratio nominum multorum vix reddi potest: quorundam non ita. *Strath*, etenim, quae nonnullis praefigitur, vallem aut tractum ad fluminis decursum, montibus septum, prisco sermone denotat. *Inner* vel *Abyr* confluentiam fluminum, vel eorundem ad mare ostia, notat: at multa sunt quae vestigare inanis operae est. Prisci incolae Ptolomaeo

Toejali,¹ et extimum promontorium ad ortum, (illi Taezalum promontorium,²) dicitur hodie Buchan-ness, *ness* promontorium significante.

STRATH-AVINIA, (*STRATH-DOWN.*)

Regiuncula haec tota mediterranea, Marchionis Huntlaei avitum patrimonium, ad decursum Avinii amnis jacet, quem omnium regni hujus limpidissimum et purissimarum aquarum esse retulit mihi Timotheus Pont, qui universa haec lustraverat. Sed nulla inde nota laudati soli, etenim macer admodum, parca segete et nonnullis annis vix maturescente; unde incolis maxima semper in pastu spes, quae nunquam fallit.

Avinius fluvius. (*Aven,*) ex asperrimi et semper fere nivalis montis Bin-Awen jugis, e lacu exiguo, profluens, post aliquot passuum millia fluviolum Bulg, e lacu ejusdem nominis, a dextris suscipit; dein per confragosam vallem, torrentis ad modum praecipitatus, multos undique trahens rivulos, ad infimum vallis Liffetum fluvium a dextris accipit, multis item rivulis comitatum, et toto cursu, nisi ad principia, in aretum tendens, ad Bal-na-dallach arem, quae Strath-Aviniae non accensetur, Speae anni miscetur.

Ad confluentes Avinii et Liffeti sunt parietinae antiquae arcis Drimmin; supra, ad Liffetum, sita est Blair-findie; caetera tenent casae rusticae per totas valles has sparsae; et, quanquam asperitas montium prohibere videatur, non infrequenter tamen habitatur a confluentibus Bulg fluvioli.

BALVANIA, (*BALVANIE VEL MORTH-LICH.*)

Balvania sequitur, mitioris aliquantum soli, tota tamen montibus horrens; a Danis, qui etiam haec loca appetiverunt, nomen

*Avinius
fluvius.*

Bulg fluviolum.

Liffetus fluvius.

Bal-na-dallach.

*Drummin.
Blair-findie.*

Solum.

Nomen.

¹ [Ταζαλοι.]

² [Ταζαλον ακρον.]

sortita, adeo nihil hic ab iis non tentatum: *Bal* villam aut pagum significat, cui *Van*, pro *Dan*, levi literarum metathesi, adjecta est: haec autem literarum mutatio, priscae linguae familiaris, elegantia sermonis habetur.

Fiddich. Tractum hunc secat Fiddich fluvius limpidus et amoenus, qui
Rinnes [hodie suscepto Rinnes fluviolo, multisque aliis ignobilibus rivis, ut in
Duillan]. montosa regione par est, in Spaeam se fundit. Ad hunc tractum
Yla. pertinent fontes Ylae fluvii, a quo proxime dicenda regiuncula
 nomen habet. Caeterum, Fiddichi fontes non sunt hujus agri: tractus ille
Achindown. Glen-fiddich dictus, cum arce Achindown, huic in sacris
 adnexus est, at jurisdictio Marchionum Huntillae est: totus nemorosus et
Bal-vanie. gramine laetus. Ad Fiddichi ripas est Bal-vanie, unde
Kinninnoway tractui nomen; inferius est Kinninnoway, nec inde longe *Newtown:*
Newtown. ad Rinnes, vero, Mor-tullich ecclesia, unde frequenter regioni
Mor-tullich. nomen, prima, ante aliquot secula, et antiquissima episcoporum
Achlunkart. Aberdonensium sedes. Ad Achlunkart, villam haud longe a via
Cotium vena. regia qua in Moraviam itur, rupes est et vena nobilium cotium,
 quarum quaedam asperae, aliae lenes, hae durae, illae molles, aqua
 aut oleo aciem trahentes, tantum autem copia ut totae Britanniae
 sufficere possint: his, tegularum vice, ad tecta aedificiorum, vicini
 utuntur. Ad Balvaniam, autem, scaturigines sunt aquae aluminosae,
 et, intra terram, lapidis, unde alumen excoquitur, venae.

Ditio haec jam inde a Jacobo Rege, secundo ejus nominis, hoc est, ab anno MCCCCXL. ad Comites Atholiae, Stuartos, spectavit, qui fratrem uterum hac donavit; qua stirpe deficiente, eam, pacta pecunia, sibi asseruere Barones Parlamentarii de Saltoun; ab illis eodem jure ad Innesiorum familiam transiit: nunc eam Rothesiae Comes tenet.

STRATH-YLA.

Yla fluvius. Ubi jam montes deficere incipiunt, Strath-Yla, ad ripas ejus fluvii, porrigitur, qui sinuosis flexibus primum ad ortum, mox ad boream

conversus, iterum ad ortum aestivum Dovernum fluvium, paulum supra Rothimayam arcem, subit.

Districtus hic, feraci solo, segete et gramine laetus, multum juvante lapide calcario, cujus tanta hic copia, ut tota aedificia hoc lapide consent. Hic calci excoquendae, tum ad suos usus, tum ut emptoribus parata sit, non segnis opera impenditur: telis etiam lineis. tenuioris filii, rem faciunt, quae, tamen, in nudinis a Strath-Bogia nomen habent: ex bobus ad macellum saginatis, quaestum faciunt.

Solum.
Lapis calcarius.
Calx.
Telae lineae.
Boves saginati.
Keath.

Keath, vicus ad flumen, stato mercatu singulis septimanis, loci opportunitate, frequentiam hominum, potissimum e superioribus regionibus, huc allicit.

Plerique nobiles inferioris notae hic aedes sedesque habent: vix ullae, tamen, arces, tota in varios dominos partita.

Hanc a Strathbogia, juga excelsa Ballach montis, ab Ainia tractus humilium collium, qui *Altmore* dicuntur, dividunt.

Ballach.
Altmore.

AINIA, (*AIN-YEE.*)

Regiuncula haec ab occasu Spaeam fluvium, ad boream sinum oceanii jam mihi dictum, ad ortum Boënam regionem limites habet: meridionalia contingunt Strath-Ylam.

Limites.

Tota haec Cereri dicata, frugibus opima, nunquam coloni spem fallit, gramine tamen parca: et, quanquam Moravia, divite solo, miti coelo, frugibus et fructibus, supra omnes cis Deam flumen provincias palmam ferat, Ainia tamen frugibus par, fructibus hortensibus inferior, incolarum vitio potius quam terrae genio: mare piscosum. Hic, deficiente calce, agri oceano vicini alga marina stercorantur, cujus vis magna, accedente bis quotidiano aestu, in littus ejicitur: adsunt servi observatis horis, et, ne quid pereat, recedente aestu algam fugientem retrahunt, sese undis, saeva hyeme, (etiam saepe noctu), immergentes. Caeterum, haec agriculturae ratio non his locis propria, sed quam late patent littora, et mare propinquum, omnibus communis, nisi scopuli prohibeant.

Soli ubertas.

Alga marina.

Bog-of-Gicht arx.

Ripae Spaeae assidet (*Bog-of-Gicht*) arx, culta, laxa, in magnam evecta altitudinem, et supra caeteras harum regionum splendida: cui, sive voluptatem, sive usum spectes, nihil desit, hortis amoenis, et vivario amplo quadripartito septa, ad usum cervorum, quorum illic duum generum abunde est, sicut et cuniculorum, leporum, anserum ferarum, anatumque. Loco nomen a depresso silvestrique situ: hanc, superioribus annis, magnifice auxit Marchio Huntlaeus, totius hujus tractus dominus.

Silva.

Huic et vicinae Boënae interjacet silva proceris quercibus non ita pridem vestita, nunc tota excisa in novam sobolem per vicinos colles revirescit.

STRATH-BOGIA, (*STRATH-BOGIE.*)

Dovernus.

Strath-Bogia, ampla et antiqua baronia, nunc in comitatum a Jacobo Rege evecta: eam Dovernus et Bogius amnes irrigant, in eaque miscentur; torrentes et rivuli frequentes, quibus ad ubertatem glebae, tum ad messes, tum ad gramina, multum proficitur.

Glebae ubertas.

In quadraginta octo pagos divisa.

[The-Aucht-and-fourty-daach.]

Ante multa tempora in quadraginta octo pagos divisa, quos antiquitus, ut dictum est, *daachs* vocabant; quorum singulis tantum agri contributum, quantum toto anno quatuor aratris proscindi posset; singula, autem, aratra, quatuor aut quinque boum jugis, aguntur, unde non exiguum soli postulatur, cum moris hic sit, desectis messibus, per totam hyemem exerceri aratra ad Martium mensem, unde sementi initium, sed non ante senescentem Maium illi labori requies. Hodie, excisis silvis, omnique agro, unde segetis spes, ad culturam translato, omnia plusquam duplicata sunt.

Telae lineae.

Telae lineae subtiles et tenuioris fili hic laboratae, supra caeteras regni commendantur; unde incolis certum emolumentum, qui eas in nundinis aestivis venales exhibent. Boum, autem, ad macellum gramine saginatorum, magna vis; ovium, equorum, (ad rusticos usus,) quantum abunde sufficiat, nec non quibus instruantur fora.

Boves saginati.

Strath-Bogia arx.

Strath-Bogia, unde regioni nomen, ampla et magnifica arx,

amoenique situs, ad confluentes dictorum fluminum, hortis laxis et jucundis instructa, posita est; ad fores Dovernus ponte saxeo stratus est. Est, ad Bogium, ad milliare unum a flumine, Lismor arx; infra eam, diversa ripa, Gartly; ad Dovernum, in limite. Inglassie est, quae a plerisque Balvaniae accensetur: infra eam est Carnborrow; a fluvio, ad duo millaria, est, ad amoenum rivum, Petlurg; inferius, ad eundem, Achanachy; multae praeterea villae festinanti indictae.

Lismor arx.

Gartly. Inglassie.

Carnborrow. Petlurg. Achanachy.

Appendix hujus tractus est Rothimaya arx, et parochia, tribus infra Strath-Bogiam milliariibus, ad Dovernum, jam Bogio et Yla fluminibus auctum; olim hujus districtus non contemnenda pars, non ita pridem Baronum Parlamentariorum de Saltoun haeredum, nunc ad Gordonios devolutus.

Rothimaya.

Ad fontes Doverni jacet tractus humili inter montes situ, Cabrach ei nomen, ad radices asperi et excelsi montis *Buck* dicti, ex adverso Strath-Aviniam spectans, montibus asperis, qui a *Scala*, propter praecipitia, nomen habent, divisa; unde effunditur in Dovernum fluviolus, *Niger* dictus. Ager hic gramini et pascuis sepositus, quorum hic mira luxuries: per aestatem mapalia pastoritia omnia tenent; hyeme, ut plurimum, demigratur.

Cabrach.

[The-Buck-of-the-Cabrach.]

Scala montes. [The-Black-watyr.]

Hujus regionis incolae, maximam partem, Marchionis Huntillae necessarii sunt, ejusdemque cognominis, quod more regni constanter retinent; omnes vero ejus clientes. Jam ante annos trecentos et quadraginta, casu familiae Cuminiorum¹, a Roberto ejus nominis Primo, Marchionis Huntillae majoribus, jus hujus regionis collatum est; qui hac occasione, e Mercia provincia, ubi avitae illis sedes,

Incolae omnes Marchionis Huntillae clientes.

¹ [“ Tenuerat ea gens, (quae, ante trecentos annos, omnium Scotiae nobilium, et supra omnes Scotorum proceres, potentissima et numerosissima,) Buquhaniae maximam partem, Strath-Bogiam universam, Balvaniem, Badenocham, Lochabriam, Atholiam, multaue alia in his oris; multa quoque in australibus nostri regni provinciis, quae mihi non nunc occurrunt; ecclesiasticos quoque redditus non exiguos: sed, cum a partibus Edwardi Primi Anglorum Regis in patriae dedecus contra Robertum Primum, vindicem nostrum, stetissent, perduellionis rei, iis omnibus exciderunt, maximamque partem aut misere periere, aut solum vertere.” Nova Moraviae Descriptio, auctore Roberto Gordonio, apud J. Blaeu Theat. Orbis Terrarum, part. v. p. 105. Amstel. 1654.]

in haec loca demigrarunt; parte sobolis illic relicta, parte in Gallovidiam provincianam fusa, unde origo familiae vicecomitum de Kenmuir. Postea, ad annum MCCCXVII. [L. MCCCXII.] infelice ad Halidonem [L. Homildoun] pugna, caeso Adamo Gordonio¹, familiae principe, cum Rogero fratre, superfuit unica filiola, ex asse haeres, cum feuda masculina nondum apud nos invaluissent: illa adulta maritum habuit, Alexandrum Setonium, Baronis Parlamentarii de Seatoun filium secundo genitum. ea tamen lege, ut soboles cognomen et insignia antiquae familiae retineret. Manent tamen

¹ [“ Intrans Angliam, depraedati sunt eam usque ad Novum-Castrum. Et in redeundo praevenerunt eos D. Henricus Percy junior, alias Hatspur, cum comite Marchiarum, domino Georgio de Dunbar, et exercitu grandi, apud Milfelde: ubi comes de Douglas ascendit locum eminentiorem, Homildoun vocatum, et ibidem in edito praestolabatur adventum Anglicorum: qui stantes in plano ex adverso, tandem de mandato Percy volebant assilire Scotos; sed comes Marchiae retinebat Percy per frenum, dicens eum non debere movere, sed debere mittere sagittarios, et Scotos, quasi signum ad sagittas, posse de facili penetrare, et sic eos victos captivare, sicut rei exitus patefecit. Nam ad Scotos procedentes arcinentes Angli ipsos sagittis conserunt, et ad modum erinacii tanquam cetis et spinis hispidos reddiderunt, manus et lacertos propriis Scotorum lanceis conflixerunt, ubi asperrimo imbree sagittarum alios prostraverunt, alios vulneraverunt, et quamplures occiderunt. Quod attendens miles magnanimus dominus Johannes Swynton, tanquam voce horrida praeconis exclamavit, dicens: ‘ O commilitones incliti! quis vos hodie fascinavit non indulgere solitae prohibiti, quod nec dextris conseritis, nec ut viri corda erigitis ad invadendum aemulos, qui vos, tanquam danulos vel humulos imparcitos, sagittarum jaculis perdere festinant? Descendat mecum qui velint, et in nomine Domini hostes penetrabimus, ut vel sic vita potiamur, vel saltem, ut milites, cum honore occumbamus.’ Haec audiens insignissimus belliger Adam de Gordon, dominus ejusdem, qui et ipse per magna tempora capitales contra dictum dominum de Swynton inimicitias exercuit, interfectis ab utraque parte per diversos conflictus valentioribus armigeris, flexis coram eo genibus veniam petiit, ac etiam ab eodem, tanquam a tunc probiori milite in armis totius, ut asseruit, Britanniae, se per ejusdem D. Johannis manus in militem circumcingi. Quod et factum est: et ipsos sic reconciliatos secuta est venerandae militiae cohors centena, qui cum millenis Anglicis intrepide concertantes, non sine magna strage Anglorum tota illa conventio Scotica cecidit occisa. Creditum atque fuit, et per Anglos ut audivi, juratum, quod si ceteri Scoti qui in monte de Homildoun steterant ipsos consimili impetu expetivissent, vel quod Anglici aufugissent, vel de ipsis Scoti victoriam obtinuissent. Hi etenim milites ibi ceciderunt, Johannes de Swynton ejusdem, Adam de Gordon ejusdem, Johannes Livingston de Kalendar, Alexander Ramsay de Dalwolsi, Walterus de Sancto-Claro, Rogerus de Gordon, et Walterus Scot, cum aliis quampluribus valentioribus scutiferis, quorum mors non minus regno damnabilis, quam flebilis existit et dolenda.” Joannis Forduni Scotichronicon, lib. xv. cap. xiv. vol. ii. pp. 433, 434. edit. Edinb. 1759.]

diversae non incelebres familiae in his oris, quae ante hanc seissuram propagatae sunt. Postea, semper regibus fidi, qui non semel conjurationibus nobilium agitabantur, ab iisdem multis latifundiis aucti sunt. Regnante Maria, (cum non satis sui juris esset.) graviter perculti sunt; ejus tamen partes constanter sectati. Jacobum Regem, quantum factiones, (quibus ille tantum non oppressus.) passae sunt, semper amicum habuere. Quae, postea, Caroli temporibus, accidere, non est hujus loci commemorare: haeres domus, et multo maxima clarae sobolis pars, fata et infortunia Regia habuere. Non, tamen, desperandum est illustrem familiam, quae saepe fatis suis supervixit, aliquando revalituram.

BOENA, (*BOYN.*)

Boëna regiuncula, laeto solo qua mari ad aetum propinquior, *Situs.* mediterranea non item, ab Aëmia, secundum littora, ad Doverni ostia se porrigit. In aditu est Cullena, vetusta, quidem, oppidi jure *Cullena.* fruitur, sed portu defecta, vix mediocris vici nomine digna: cum solum commendant ager frugifer, et Comitum Finlaterii aedes, qui, *Comitum Finlaterii aedes.* deserta arce Finlater, scopulo marino inaedificata, ad milliare unum, huc migrarunt, amoenitate loci illecti; sunt etiam illis, in vicinia, ampla latifundia cum aedibus, Desfoord, ad alterum milliare, nec *Desfoord.* inde longe, Durn. Est in vicinia *Birkenbog*, Abirerommiorum arx; *Durn.* est, itidem, Glassach, Gordoniorum villa. Legendo littus ad ortum, *Birkenbog.* ad quartum a Cullena milliare, occurrit arx, cui Rupis Boënae *Glassach.* (*Crag of Boyn*) nomen, pulchra sane; et, paulo ulterius, Buchragie: utriusque dominus a totius regionis nomine titulos habet. *Crag of Boyn.* *Buchragie.*

Banfia, vero, oppidum, praefecturae hujus caput, ad Doverni ostia sedet; non illa, quidem, magni momenti, cum locus importuosus sit, cauro, ventorum in his oris saevissimo, objectus; unde, quandoque, fluminis ostia situm mutant. Arcis reliquiae supersunt; cives, negotiationi maritimae impares, agrum suburbanum eximie fertilem, strenue exercent: est quoque salmonum piscatura

Inche-Drewir. non incelebris. Non procul ab oppido est Inche-Drewir, villa Baronis Parlamentarii, qui ab oppido titulos habet. Longius in mediterraneis est *Park*, Gordoniorum arx, sub excelso monte cui *Knok mons.* Knok nomen, sed quae huic tractui vix accenseatur.

Praefectura juridica universi hujus tractus, qui Banfae nomine censetur, ante Roberti Primi Regis aevum, haereditaria fuit Cuminiorum Comitum de Buchan: pulsus illis crimine majestatis, ut diximus, beneficio Regum successere Stuarti, Regiae familiae pars; sed superiori seculo, jure connubii ad Duglassios devoluta est; eodemque jure, nostra memoria, transiit ad Areskinos, e familia Comitum de Marr, qui titulos Comitum de Buchan hodie praeferunt. Regiunculae vero Boënae maximam partem tenet Ogilviorum familia, aut hujus familiae clientes. Eorum primus est Comes de Finlater, ejus majores, ex Angusia, haud procul Taoduno, hic primum consederunt, jure maritali acquisita haerede cui Sanctaria cognomen. Ab his prognata familia baronum de Boyn: a quibus manavit tertia, Baronis Parlamentarii cui a Banfia titulus.

BUCHANIA, (*BUCHAN.*)

Limites. Buchania ab ostiis Doverni initium habet, secundum littus in ortum tendens, ad principium sinus *Varar* dicti, unde littora circumflectuntur ad meridiem: in mediterraneis, fines incerti: quibusdam consentibus eam Dona flumine, ad meridiem, finiri: alii non excedunt Ythannum flumen, reliqua Formartinae nomine habent.

Solum. Buchaniam totam campi aut colles tenent; tota messibus et agriculturae dicata, innumeris rivis irrigua; nulli montes, unus, solum, caeteris praecelsior. (*Mor-moud* dicunt,) vix modico colli in mediterraneis par. Nullibi, per totum regnum, telluris aequalis et montibus liberi, cernere est, aequale spatium.

Mor-moud mons. At, ut singula persequar: legendo littus a Banfia in ortum, visitur *Colen*, ubi aedes sunt Barclayorum, baronum de Towy; sequitur *Trowp*, supraedificata (ad mare) scopulo in isthmo, nunc neglecta.

Proxima est Pennan, in littore, ubi nobilis lapidum molarium vena, qui frequentes longe lateque evehuntur. Proxima est Petslego; arx est Baronis Parlamentarii e familia Forbesiorum; cui contigua Pettuly, villa baronum de Phillorth. Dein, post villam Fingask, succedit promontoriolum *Kynards-head*; et, ad id, oppidulum *Fraserburg*, ubi, molitus oppidum, ante annos quinquaginta, Alexander Fraserius, illustris eques, baro de Phillorth, libertatibus a Rege concessis, locum auxit. Molem, etiam, lapideam, magnis sumptibus, oceanum objecit; primum, loco iniquiore, unde translatis alio operibus portum munivit, unde locus frequentior.

Ad duo millia progresso occurrit Carn-Builg, arx Baronum Parlamentariorum de Mulkal: quam sequitur Inner-Allochy, Fraseriorum itidem arx. Jam littora incipiunt in meridiem deflectere, ubi exiguus sinus est Strabeg, olim portu nobilis, nunc arenis pene obrutus: manent hic oppidi Ratray vestigia, quae nunc portus fortunam sequuntur. Boëtius, historicus noster, miratur hunc solum annum salmone non subire; sed nihil hic est quod grandiores pisces suscipiat, praeter duos limosos rivulos aquarum sic indigos, ut vix pares truttis habeant.

Nihil hic in littore plus memoratu dignum, donec Ugii ostia occurrant. Ugii, duplicibus fontibus, duo flumina fundit, modica tamen: ad illud quod magis in boream vergit, est Strechin, Fraseriorum villa; ad alterum, Fedderet, Irwinorum arx; eique contigua Bruclaw, eorundem itidem: hi sunt e familia de Drum. Diverso a flumine itinere est *Nether-Muir*, quae Gordoniorum est; at legendo flumen Glak-riach est, quae Kethorum villa. Non longe inde, in depressa valle, olim tota silvestri, sunt ruinae Coenobii de Dear, olim opulenti; et inde, ad milliare, in flexu fluminis, pagus Dear cum ecclesia. Ad milliare unum a flumine est Kynmundy, et Lud-wharn; illa Gordoniorum, haec Kethorum villa.

Non longe hinc flumina conflunt, et, jam vicina oceano, praeter-eunt Craig arcem, et in adversa ripa Inner-Ugy ad ipsa ostia, utrumque Comitis Mareschalli haeredium: Inner-Ugy, arx sane magnifica, opportuno loco posita, si commoda e mari aut flumine

Pennan.

Petslego.

Pettuly.
Fingask.
Kynards-head.
Fraserburg.

Carn-Builg.

Inner-Allo-
chy.

Strabeg.

Ratray.

Ugii fluvius.

Strechin.

Fedderet.

Bruclaw.

Nether-Muir.

Glak-riach.

Coenobium de
Dear.

Dear pagus.

Kynmundy.

Lud-wharn.

Craig.
Inner-Ugy.

Comes Marescallus.

aut agris spectentur. Comes ille, haereditarius regni Marescallus, qui in his locis longe lateque multorum praediorum dominus caeteris praepollet. Kethorum familiae princeps, qui a Pietis originem suam repetit; qui, quamvis, ante multa secula, avitis sedibus et regno pulsus, non incredibile est, multis pareitum fuisse. Domus haec illustris, etiam, in Marria et Mernia, non exiguum soli tenet.

Taezatum promontorium, Buchanan-ness, Peter-head.

Ad duo hinc millia Taezatum promontorium visitur, hodie Buchanan-ness, extremum ad ortum toto regno littus: ad illud, est oppidulum *Peter-head*, loco ad rem maritimam opportuno, si industria adhibeatur: at quae fuerat ad portum moles pene defecit.

Bow-ness.

Adhuc legendo littus prima occurrit *Bow-ness*, quae vox curvum promontorium significat. Hic, in scopulosa chersoneso, sunt aedes illustris Comitum Errol, familiae Hayorum principis, regnique haereditarii Comes-stabilis. Hujus familiae memorabilem originem recensere, non est hujus epitomes; at illam non neglexit annalium nostrorum diligentia, quaeque ad Luncartem vicum, praefectio contra Danos, auctore Hayo, gesta sunt. Avitae illis sedes Errolia, cum amplissimis et feracissimis latifundiis, ad Tai fluminis ripam, ubi hodieque praepollent: at, in locis quae nunc describimus, Robertus Rex, proscriptis Cuminiis, eos locavit. Hic, autem, illis ampla latifundia sunt, quae, ad alterum a Taezalo promontorio milliare incipiendo, adusque Ythanni ostia porriguntur. In hoc littore sunt ruinae arcis illorum de Skanis; et, ibidem, scatebrae aquarum lapidescentium, oriuntur diversis fontibus, centenis aliquot a littore passibus, et per scopulosos anfractus miscuntur mari; inde excoquitur albissima et tenacissima calx, tectoriis operibus utilissima.

Stanis.

Aquae lapidescentes.

Ythannus fluvius.

Sequuntur ostia Ythanni fluminis, quod arenaceo solo mare subit; unde non parum damni vicinis agris feracissimis, quorum non exigua pars, arenis operta saevientibus ventis, jam periiit. Fluvii hujus ostia reflectuntur in austrum; aestus, autem, quotidianus oceani hunc altius subit supra reliquos toto hoc littore, quam aquis polleant: nihil, tamen, inde commodi ad securitatem portus, qui minoribus navigiis solum pervius.

Ascendendo fluvium, qui per cultam et feracem regionem labitur,

occurrunt, ad sinistram, Foveran, arx; *Newburg*, vicus piscarius; *Knok-hall*, arx; et, ad alterum a flumine milliare, *Fuddes*, quae utraque Joannem Udnaeum dominum habent. In altera ripa est *Ellen*, pagus parochialis; cui contigua sunt *Abbots-hall*, *Forbesiorum*; *Ard-gith*, *Kennedorum*; et *Ochter-Ellen*, *Udnaeorum*, arces aut aedes: cui, in altera ripa, *Essilmont*, Comitis *Erroliae* arx, objacet; et, supra eam, *Park-of-Kelly*; et, ulterius ascendendo, in adversa ripa, *Gicht*; quae duae *Gordoniorum* arces sunt. Hic, fluvii ripae silvis vestiuntur, quod his locis rarum.

Foveran.
Newburg.
Knok-hall.
Fuddes.
Ellen.
Abbots-hall.
Ard-gith.
Ochter-Ellen.
Essilmont.
Park-of-Kelly
[*hodie, Had*
do-house.]
Gicht.

Sequitur *Fyvie*, magnifica et amoena arx, quae *Fermelino-duni* Comitem dominum habet. Supra hanc, *Towy*, *Barclayorum* arx, visitur: cui vicina, *Boquolly*, ad *Mowettos* pertinens; sed non ad fluvium jacet. Sequitur *Turref*, quem exiguus rivus irrigat, mox se in *Dovernum* mergens. Pagus est totis his oris amoenissimus, loco venationi et aucupio aptissimo, circa quem arces, aedes, villae nobilium, frequentes: quarum praecipuae, *Delgaty*, *Hayorum*; *Cragstoun*, *Urcharorum*, arces; et, ad ripam *Doverni*, *Iden*: nec inde longe, ruinae vetusti muniti, tuto situ ad fluviolum siti, *Anglorum* opus, tempore *Edwardi Primi*, a quo loco nomen est *King-Edward*. Caetera persequi longum et inutile est.

Fyvie.
Towy-Barclay.
Boquolly.
Turref.
Delgaty.
Cragstoun.
Iden.
King-Edward.

FORMARTINA, (*FORMARTIN.*)

illam sabulo vndique spargi iussit et seminavit . Ex quo de omni granorum genere ex sabulo sato segetes creuerunt et vltra modum multiplicatum est . Tempore autem messis congregatis vtriusque sexus multitudine virorum ac mulierum per eundem ad huiusmodi grana colligenda / tempestas de celo valida ventorum turbinis et pluuie emissa est in tantum quod messorum predicti ab huiusmodi granorum collectione recedere compulsi sunt : quare ipse primi motus calore cum ceteris messoribus in Deum aliquantulum murmurauerat sed illico cessante tempestate sciens Deum in tantum offendisse penitencia ductus sera ferrea et clauem dexteram suam tibiam cinxit et firmiter cum eadem clausit : clauemque protinus in Dee fluuio precipitavit : sollemni per eundem prestito voto nunquam eandem reseraret quousque Beatorum Apostolorum Petri et Pauli limina visitaret / quod et factum est . Ingresso autem eo in vrbum Sanctorum monumenta vbique in eadem Creatorem suum quem antea offenderat piissime meditando adiit et plangendo adoravit . Progrediente autem eo per illius vrbis maxima discrimina nudo adolescenti pisculum venditu gerente obuiam dedit a quo diuina virtute humili et permodico comparauit precio In cuius ventrem clauem sere quam primitus in Dee fluuio precipitauerat absque rubigine adinuenit cum qua de sua tibia seram reseravit . Summus vero tunc Pontifex de tam ingenti miraculo cercioratus et maioris sanctitatis viro ad ipsius presenciam conuocatum inuitus tamen ex humili agricola Spiritus Sancti gracia in Episcopo consecrauit . Multis vero annis diuine contemplacioni cunctis se acceptabilem prebens ibidem Rome deductis . genialis soli tamen nec immemor . ad supremam ferme senectutem redactus de illius Romani Pontificis indulgencia maxima ad partem illam Scocie vnde primitus originem traxit peruenit / constructis per eundem ecclesiis de Tullicht . Bothelim [*l. Bothelni*] . et Colle [*l. Coulle*] . eandem Omnipotenti Deo suis sumptibus consecrauit / que in presenciarum in honore ipsius dedicate existunt . Postque varia miraculorum insignia beatus Nathalanus plenus gracia per eundem diuinitus emissa sexto Idus Januarii animam Domino commendauit atque super ethera celos conscendit . et apud Tullicht magna in veneracione tantum latus languidis hucusque ibidem pie et deuote venientibus sanitatem prebens .”¹

¹ [“ S. NETHALENUS, aut Nathalenus, episcopus et confessor, unus ex primis qui vitae sanctimonia, morumque integritate et innocentia, ecclesiis nostratibus praeluxerunt, scripsit ‘ Manuale Officii diuini, lib. i. ; De Mysterio Incarnationis, lib. i. ; De Articulis Fidei, lib.

SAINT EDDRAN lived towards the end of the sixth century.* He was bred to religion from his childhood, but, being grown up, went over to Irland, for his farther improvement among the clergy, who were then famous there. By them he was made a Bishop, and, returning into Scotland, took into his company certain priests and deacons, whom he had before instructed, † and with whom he travelled over the country, as a Pilgrim, labouring indefatigably for the salvation of souls. Wheresoever he came he visited the sick. (and, it is said, often cured them); and baptized and confirmed, where there was need. He also consecrated several churches, and particularly Rethin, which was afterward dedicated to his own memory; and in that parish there is a den, said to have been his Hermitage, and to this day called Saint Eddran's Slack. His feast is on the second of December; and this is the collect for his day, in the Aberdeen Breviary: "Deus qui per Sanctos tuos nobis in terris quecunque postulata benigne concedis da nobis quesumus intercedente beato Ethernano confessore tuo atque pontifice que iuste postulauerimus apud te valeamus misericorditer obtinere. Per Dominum."

[Lectioes in die S · Ethernani episcopi et confessoris . 1

Ethernanus Episcopus ex Scotis non ignobili familia genitus : a cunabulis

i. ; De Donis Spiritus Sancti, lib. i. ; Ad Rudes Neophytos, lib. i.' Quae omnia ab impiis haereticis flammis tradita religiosam sanctissimi Antistitis memoriam paene extinxerunt, nisi cura doctorum quorundam, et patriae amantium virorum, apices saltem operum ab interitu vindicasset. Florebat anno CCCCLII. Colitur die VIII. Januar. Breviar. Scotie." T. Dempsteri Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, t. ii., p. 504. See also D. Camerarii de Scotorvm Fortitvdine, p. 76 ; Butler's Lives of the Saints, vol. i., pp. 38, 39. edit. Dublin. 1836. 8vo ; Ruddiman's Edinburgh Magazine, vol. iv., p. 624. Edinb. 1760. 8vo. ; The Guide to Deeside, by James Brown, pp. 33, 34. second edit. Aberd. 1835. 12mo. ; Statistical Account of Scotland, vol. xii., p. 224. Edinb. 1794 : "The church of Tulloch is said to have been founded by St. Nethalen, and an annual meeting of the inhabitants is regularly kept, on the eighth of January, in honour of his memory."

* King's Calendar.

† Breuiarium Aberdonense, [prop. Sanct. pro temp. hyemali, ff. vi., vii.]

1 [From the Breuiarium Aberdonense, prop. Sanct. pro temp. hyem., ff. vi., vii.]

et iuuenilibus annis bonarum arcium studiis per parentes professoribus Christi traditur imbuendus: sub quorum dicione in omni genere dicendi et diuini numinis miracula cognoscendi atque ipsius Summi Dei / quod Christianis omnibus maxime opere precium est / catholicam fidem intelligendi officiosissime militauit: frugalitatis parcimonia tantummodo contentus: vt ad litteras capescendas apcius animum accommodaret: ocio litteratorio suos supra adultos traduxit annos et ad alcioris intellectus acumen aspirabat. Hinc Hyberniam prouinciam et ibidem Christi doctores viros vita approbatissimos perlustrauit et peccit: vbi ecclesiasticis ab eisdem eruditus disciplinis verbum Dei doctrina et exemplo palam cunctis predicauit. Ubi non longe post hoc diuinitus ab Angelo accepto oraculo in Episcopum Spiritus Sancti illustrante gracia sublimatus est. Assumpto autem eo in Episcopum verbi Dei semina non cessauit nocte dieque vigiliis et lugubrationibus plurimis propalare: et vbique indesinenterque magnanimiter ampliare et Christi fidem extollere / tanquam ipsius Christi verus cultor et athleta fortis et potens aduersus carnem mundum fragilem et Dyabolum humani generis propugnatorem quam strenuissime demicando: contra quos intestina plurima et interdum plurima carnis suggestionem agitabat bella. Sitiuit tamen super omnes mundi delicias eiusdem possessiones et ipsius pulcritudines vanas et supersticiones hominum falsas et inutiles / anime sue salutem et illorum precipue animas quos ad regendos acceperat: de quibus singulis tantam exhibebat diligenciam et curam in docendo predicando et in fide catholica confirmando quod semel in die victu cibo et potu permodico tamen rudi et vili contentus cunctis diebus vitam suam transigebat. Scociam vero denuo reuersus paucis assumptis secum scolasticis presbiteris et clericis qui secum ad heremi deserta comitabantur in qua vitam Heremiticam duxit et artam pane et aqua interdum contentus: non que mundi sunt quesiuit sed que Dei sunt: vt in eius vinea quid boni ageret studere proposuit atque vt ne talentum absconderet quod a Domino acceperat: et vt heredem celestis habitaculi se faceret in terris quod ab inicio Deus ipse gloriosus ordinauit in celis. Senio autem annorum numerositate redactus quamplurimos a gentilitatis perfidia sua predicacione conuertebat: longaque plures vnda baptismatis lauit: et quos baptizatos reperit crismate sancto confirmauit: ecclesias cimiteria et alia pia loca grates et vltro Omnipotenti Deo consecrauit et dedicauit: pauperes et languidos vbique confortando visitauit et sanitati diuina clemencia suffultus restituit. deinde ecclesiam de Rathine in Buchanie confinibus Omnipotenti Deo consecrauit que vsque hodie in honore ipsius in presens dedicata est.

Tandem correptus egritudine quarto Nonas Decembris conualuit ad superos .¹

SAINT MANIRE, a Bishop, in the beginning of the ninth century, travelled painfully among the Highlanders, in the upper parts of Mar, that he might recover them from the many remainders of idolatry and superstition, which, even till then, were to be found among them. He also built the first church there; and, dying in that country, A. D. dcccxxiv., had the church of Crathie dedicated to him. The Aberdeen Breviary, (which is very incorrectly printed,) calls it "ecclesia dei Trahit;" but the tradition at Crathie clears it, quere he is called Saint Miniar. His feast is on the eighteenth of December, in the Aberdeen Breviary, in King's Calendar, and in Camerarius, who says, that he was held in great reverence in Balvanie.² This is the collect for his day, in the Aberdeen Breviary: "Te Domine suppliciter deprecamur vt interuentu beati Maniri confessoris tui atque pontificis valeamus tecum qui es via veritas et vita cum eodem in celis requiescere et perhenniter viuere · Per Dominum ·"³

[Lectioes in die Saucti Maniri episcopi et confessoris.⁴

Catholica per Scotos suscepta fide nonnulle ydolatrie et supersticiones inter eosdem quos siluestres appellant / qui inter nemora rupes et deserta loca habitant et conuersantur / longe post latuere : propter dicte nationis lingue varietates : in quibus Christi doctores minus docti et experti in predicando et docendo fuee : ad quas remouendas eisdem siluestribus instinctus diuino admonitu beatus Manirus pontifex egregius vtriusque lingue et sermonis peritissimus vltro adiuit : et quanquam feroces minus indomiti et indisciplinabiles fuerunt eorundemque minas minime formidando accedere non per-

¹ [See T. Dempsteri Hist. Eccl. Gent. Scot., t. i., p. 251. ; D. Camerarii de Scot. Fort. p. 203 : "Celebris habetur in Buchania prouincia ;" Stat. Acc. Scot., vol. vi., p. 15.]

² ["Celebris habebatur in ea Scotiae prouincia, cui Baluenia nomen." D. Camerarii de Scotorvm Fortitvdine, p. 202.]

³ [Breuiarum Aberdonense, prop. Sanct. pro temp. hyem., fol. xix.]

⁴ [From the Breuiarium Aberdonense, prop. Sanct. pro temp. hyem. ff. xix., xx.]

timuit . Namque cum verbum Dei predicaret et eisdem alium ritum aliumque in Christo viuendi modum instituerit / verbis comminatoriis deridendo et blasphemando eundem increpauerunt : nec mirum in primatiue ecclesie exordio talium supersticionum assuefactio eosdem adherere et in tantum inclinare cogebat . nouum quidem et apud illos inauditum acceperunt ritum . Quia vt beatus ait Augustinus / Consuetudo que adiuuat vtilitate nouitate perturbat / qualiter catholica fides in suo inicio apud illos illorum animos impulsit . Beatus igitur Manirus in tanta positus inter indomitos perplexitate anxietate et miseria pro Christi amore acerbissimam eius meditando passionem cum omni paciencia humilitate et pietate quam pacientissime sustinuit . etenim pro fide Christi quam predicauerat in vtrumque paratus se obtulit seu illicito morti occumbere aut cum illis perpetuo exilio condemnari : propterea nomen ei diuinitus imponebatur Manirus a rure manendo dictus aut a minis malorum hominum existens inuictus : Dyaboli vires gloriosissime superando . Non enim aurum diuicias aliaque suplectilia dum imprensariam hoc mundo laboraret desiderabat / sed a cunctis dispersus ciuibus et Regum domibus destitutus : animas perditorum hominum Christo lucrifacere animum suum super omnia disposuit et anhelauit : non querendo que mundi sunt sed que Dei : amor quippe et dilectio Christi [.] omnem superat audaciam et voluntariam pro eo subire mortem ex pusillanimo et debili magnanimum facit et strenuum qualem beatum Manirum cuius hodie festa celebramus merito appellabimus / quem pro auxilio apud Deum benigne propiciatorem ponemus . Eius vero gesta sublimia et insignia miracula nobis manifesta in terris : ipsum virum sanctum mansuetum pium et Deo carum procul dubio ostentant in celis : quotidiana eius predicatio et indoctorum hominum frequens instructio eosdem baptizando et in fidem Christi confirmando per nos ipsum venerandum et colendum inducunt et impellunt : atque vbi ab inicio nusquam in loco Dei basilica constructa fuerat seu dedicata inter montanos illos nouam in Omnipotentis Dei honore construxit ecclesiam . vt fidem illam Christi quam predicauerat inibi propalaret et ecclesiastica sacramenta rudes illi perciperent / quod factum illis satis admiratu fuit quod domunculam quancunque domum Dei consecratam vocitarent . Sed beatus Manirus hominum modestissimus ad beate viuendum persausor et pastor vt sua predicacione perdicionis filios ab inicio per graciam sibi datam adopcionis Dei filios faceret quam plurimas perpressus est molestias in vigiliis continuis et oracionibus assiduis que vix nisi Dei prouidencia propiciaretur per naturam quomodo sufferre potuerit nisi illa sola affuerit spes nisi qui

legitime certauerit victorie palmam in extremo minime reportabit, natura omnino sese perdita daret. sed tandem eisdem in fide confirmatis et variis per eundem Dei virum emissis celitus miraculis quinto decimo Kalendas Januarii migravit ad Christum et in ecclesia Dei Trahit [*f. l. de Crathi*] hucusque colitur et veneratur.]¹

SAINT MACHAR, (whom Dempster² fancies to have been of the Machermmites, in Argile,) lived towards the end of the ninth century, according to Boetius,* who for this quotes Verimund and Campbell; and is called Bishop of Aberdeen by several authors, as Archdeacon Ballanden, in his translation of Boetius,³ and Camerarius.⁴ And the tradition is, that he built a chappel where the

¹ [See T. Dempsteri Hist. Ecclesiast. Gentis Scotorum, t. ii., p. 458; Adam King's Kalendar: "Dec. 18. S. Manere bishop and confessore in Scotland vnder King Dungalle. 824."]

² [Dempster's conjecture refers, not to S. Machar, bishop in Scotland, but to S. Macarius, abbot of Wirtzburg, or Herbigopolis, who died in the year 1153. See *Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum*, pp. 446, 447, 448,* 449.* Dempster's notice of the patron saint of the cathedral church of Aberdeen is exceedingly meagre: "S. Machorius, religiosus et pius Murthlaci episcopus," ait anonymus in libello de Antiquitate Religionis in Scotia. De eo sic Hect. Boeth., lib. ix. Hist. Scot. in fine: "Insignes habitus sunt eruditione et vite innocentia inter nostrates, Soluathio Scotorum rem tenente, Machorius episcopus, cujus nomini precipuum Aberdonense templum, ubi nunc sacra episcopalis sedes, est dicatum." Hic a Martyrologio Romano, ut multi alii, malo Scotiae fato, absunt. Scripsit. "Ad populares Scotos, lib. i.; De Pictorum Excidio, lib. i." Joan. Fordun. Vixit anno Dccc Lxxx. Colitur xii. Novembris, et dedicatio templi ejus incidit in xv. Januarii."]

* [Scot. Hist.] in Solvathio, [fol. 184.]

³ ["In thir days war mony clerkis of singulare eruditioun and life; as Macharius. Bischope of Abirdene, to quhome the cathedrall kirk is dedicat." Bellenden's Croniklis, buke ix., chap. xxx., vol. ii., p. 125.]

⁴ ["Sanctus Macarius Episcopus Aberdonensis. Hic animarum verus pastor, nullis inflatus diuitiis, nullo fastu tumidus, sed potius in paupertatis studiis et humilitatis se exercens, gregem Domini singulari modestia et charitate regebat. Magno fuit in honore apud Soluathium Scotorum Regem. In eius honorem primaria et cathedralis ecclesia Aberdonensis excitata est, quae ante maximae eius partis a nefariis haereticis demolitionem paucis Europae ecclesiis cedebat. De eo vide Leslaeum, lib. 4. historiae, Regium in Calendario, et aliis." D. Camerarii De Scotorum Fortitudine, p. 198. See also G. Conaei de Duplici Statu Religionis apud Scotos libri duo, p. 42. Romae, 1628. 4to.

"Novembre 12. S. Machare bischope and confessore vnder King Soluathius in Scotland." Adam King's Kalendar.]

present cathedral stands. It is said also, that the isle in this cathedral, which is now called Bishop Seougal's, and formerly Bishop Cheyne's, was at first called Saint Machar's isle: as if he had been buried there, as well as the other two. And 'tis said he resided in the north of Scotland, at a place where a river falls into the sea in the form of a crosier, as indeed Don doth beneath the cathedral here. This story is told in the Aberdeen Breviary, (where also his feast is appointed for the twelfth of November,) and in certain Irish Legends, (quoted by Mr. Thomas Innes¹ in his letter to Mr. Ker,²) where he is represented as the son of an Irish prince, and as having come over with Saint Colm, (which contradicts Boetius's chronology,) by whom he was sent, with other twelve, to preach to the northern Piets; that, having gone to Rome, he was there made a Bishop, (taking the name of Mauric,) but dyed, in his return, at Tours, (where he was bred). But that church and its reliets being rifled by the Hugonots, A. D. M.DLXII., 'tis supposed his reliets were destroyed on that occasion.

[Oracio in solemnitate Sancti Mauricii sive Macharii confessoris et pontificis ecclesie Aberdonensis .³

Deus qui beatum Mauricium confessorem tuum atque pontificem ecclesie tue voluisti preesse pastorem tribue quesumus / vt qui eius natalicia colimus spe futuri gaudii non fraudemur . Per Dominum .

Lectiones .

Sacram solemnitatem recolendissimi et sancti patris nostri Mauricii dignis cum laudibus celebraturi de ipsius nonnullis vite gestis et miraculorum insigniis pie meditanda enarrare conuenit . Nam sicuti eius vera narrat Hys-

¹ [The learned author of "A Critical Essay on the Ancient Inhabitants of Scotland." Lond., 1729. 2 vols. 8vo. See The Miscellany of the Spalding Club, vol. ii., pref., pp. cxiv—cxix.]

² [John Ker, Professor of Greek in the King's College and University of Aberdeen, from 1717 to 1734; and of Humanity in the University of Edinburgh, from 1734 till his death in 1741. See The Miscellany of the Spalding Club, vol. ii., pref., p. cxx.]

³ [From the Breuiarium Aberdonense, prop. Sanct. pro temp. estivali, in die xii. Nouembris.]

toria ex Syacano patre Ybernensium Regulo et Synchena matre eiusdem Regina beatum Mauricium genitum fuisse comperimus : a sanctissimo patre Colmano baptizatum qui nomen imposuit Mocunna hunc equidem suorum parentum cura et diligencia non minima educatum et nutritum inuenimus . Equidem in eo de die in diem crescebat virtus Dei et gracia et sepius confortabatur visitacione Angelica : nam quodam tempore dum pater eius Rex prefatus cum suis ministris deambularet iuxta domum in qua puer sanctus nutriebatur / desursum respiciens diligenter vidit Angelos Domini de celo descendentes et super tectum illius domus volitantes : nonnunquam vero domum intrabant et circa cunabula pueri psallentes deambulabant : quos videns pater ingenti gaudio sustulit infantem de cunis et benedixit Deum qui talem sibi mundo produxerat prolem . Per quod vero tempus accidit ut Regina prefata interea pepererat viro suo alterum filium qui in ortu eiusdem morte preuentus fuerat : de cuius morte cum eius tota familia plurimum contristabantur in dolore ac tristitia non minimis afficiebantur . Sed Rex in se reuersus sanctitatem filii sui primogeniti Mocunne commemorans / iussit infantem mortuum sub pallio eiusdem filii sui supponi quoposito mox mirum in modum quam primum vt caro mortui carnem tetigisset viuientis paululumque califata cepit se mouere et querelosas infancium more animatus emittebat voces . Hiis et aliis in sue etatis exordio gestis beatus puer beati Columbe magisterio et cure delegatus eius vite et actuum imitator esse satagit deuotus : illius autem patris beatissimi Columbe lateribus iungebatur . sedule ad illius genua assidebat . assidueque ex illius ore quotidie hauriens fluenta doctrine . quicquid autem illius auribus doctrine aut sciencie foris infundebatur et in cordis armariolo recordabatur et cum partu tum incremento seruabatur : ac inter discipulos suos ita modeste se habebat vt superiores industria et minores humilitate superaret . Interea per idem tempus dum sanctus Columba beatum Mauricium ad insulam nomine Mulam fidem Dei predicandam misisset / occurrerunt ei obuiam septem leprosi orantes et eius benedictionem implorantes cumque acriter beatum rogarent virum dixit / Ite in fontem proximum et lauamini / qui abeuntis lauauerunt se iuxta verbum sancti viri et statim lepra decessit ab eis et reuertentes laudauerunt et glorificauerunt Dominum in Sanctis suis . Alio namque in tempore cum beatus Mauricius quendam agrum suum pertransiret comitantibus eum pluribus viris et mulieribus vidit eminus aprum ferocem venientem segetes suas suffodientem et eius conculcantem pedibus dampnum non modicum populo terre et frugibus inferentem . At ipse Mauricius elevatis in celum manibus dixit / Ne tradas Domine bestiis animas confitentes

tibi / addiditque / Et tu cruenta bestia immobilis sta in Christi nomine donec te tetigero . Stetit ergo immobilis baculoque beati viri percussus illico vertitur in lapidem qui in huius miraculi memoria permanet in presens . Notandum autem quod et is qui de quinque talentis decem : et is qui de duobus quatuor reportavit equali voce collaudatur cum utriusque a Domino dicatur / Euge serue bone et fidelis quod est bene gaude / et qualiter seruus cum Domino gaudeat declaratur cum subinfertur / Super pauca fuisti fidelis super multa te constituam / cui recte subiungitur / Intra in gaudium Domini tui . Quare cum tantis et pro tantis mercedem accipiet quantos bene viuendo et bene docendo lucratus est . In quibus verbis intelligimus quod illi maiorem mercedem sunt a Domino in eterna vita recepturi qui bene vivendo ad aliorum erudicionem vel doctrinam spiritualiter inuigilant quod alibi Dominus apercius declarat cum dicentibus apostolis / Domine ad nos dicis hanc parabolam an non / Et ad omnes respondit / Quis putas est fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam ut det illis cibum in tempore : beatus ille seruus quem cum venerit dominus inuenerit sic facientem : amen . amen . dico vobis quoniam super omnia bona sua constituet eum / Qui enim super omnia constituitur duplicem mercedem accipiet non solum quod sancte vixit sed etiam quia digne docuit . Unde Daniel cum de resurrectione mortuorum loqueretur ut ostenderet magistros spirituales super omnia bona constituendos ait / Qui autem docti fuerunt fulgebunt quasi splendor firmamenti et qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates / Quam desiderabilem vocem et ineffabile gaudium audire desiderans beatissimus pater noster Mauricius cuius hodie festiuitatem celebramus : talentum sibi creditum bene docendo et bene viuendo studuit erogare ut geminatum illud Domino reportaret non tantum monendo pios sed etiam comprimendo reprobos : Et ideo quia iuxta scripture vocem / gaudium patris est filius sapiens / tantum eius excrescit meritum gaudium quantum incrementa proficiunt spiritualium filiorum . Unde necesse est vt vnusquisque nostrum fratres carissimi huius beatissimi patris nostri vestigia sequentes talentum quod a Domino accipimus non in terra abscondamus sed cum magno desiderio erogare studeamus vt geminatum Domino referamus .]

SAINT DEVENIC was cotemporary with Saint Machar, and was at that time an archdeacon. So says Boetius ;* yet I find others, as

* [Scot. Hist.] in Solvathio, [f. 184.]

King, in his Calendar,¹ call him a Bishop, (as if he had succeeded Saint Machar); and he has two churches here, Nether Banchory and Methlick, called after his name. His feast is on the thirteenth of November.

II. THE CATHEDRAL OF MURTHLACK, WITH ITS EPISCOPAL PALACE.
AND ITS BISHOPS.

The Erection of the See of Murthlack by King Malcolm II.

Malcolmus Rex Scotorum · Omnibus probis hominibus suis tam clericis quam laicis Salutem · Sciatis me dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et Beate Marie et omnibus Sanctis et episcopo Beyne de Murthlach · ecclesiam de Murthlach vt ibidem construatur sedes episcopalis · cum terris meis de Murthlach · ecclesiam de Cloueth* (*now Clovah in Kildrumny parish belonging to Lumsden of Cushny*) cum terra · ecclesiam de Dulmeth* (*now Dunmeth in Glass parish possessed by Duff of Brako who possesses also the greater part of Morthlach*) cum terra · ita libere sicut eas tenui · et in puram et perpetuam eleemosynam · Teste meipso apud Forfar octauo die mensis Octobris anno regni mei sexto · †

The Bishoprick of Murthlack was founded by King Malcolm II.. A. D. M.X., ‡ and continued till its translation to Old Aberdeen, by

¹ [“ November 13. S. Deuinike, bishop and confessor in Scotland, vnder King Soluathius, 887.”]

* These two churches were afterward given, by Bishop Pottok, for maintenance of the lights and other ornaments in Aberdeen cathedral.

† Chartulary of Aberdeen.

‡ “ Diplomata extant in rei fidem.” Boetius de Vitis Episcoporum Aberdonensium [f. iii.] [“ Anno regni Malcolmii septimo de multimodis sibi collatis à Deo beneficiis continuè recolens, quid illi retribuere mente sollicità revoluit. Spiritus Sancti tandem operante gratiâ, diuinum augere cultum corde concipiens, novam Episcopalem constituit sedem apud Murthillach, non procul à loco quo, superatis Norvagensibus, victoriam obtinuit, ecclesiis ac prædiorum redditibus plurimis prædotatam. Hujus autem dioecesis sive territorium, ab amne sive fluvio, qui dicitur Dee, transversum proteudens usque flumen de Spey, dirigi voluit. Ad hanc sedem primus Episcopus vir sanctus et Episcopatu dignus, cui nomen Beyn, ad Regis instantiam à domino Papa Benedicto VIII. promotus est.” Joan. Forduni Scoti-chronicon, lib. iv., cap. xlv., vol. i., p. 227.]

Saint David, in A. D. M.C.XXXVI., that is, a hundred and sixteen years, under four Bishops; the last of whom was translated, and the three first were all buried at the postern door of this cathedral.

BISHOPS OF MURTHLACK.

SAINT BEYNE. He dyed, A. D. M.XLI., having sat thirty-one years. His feast was on the sixteenth of December. "Aberdone Beani Episcopi in Hybernia," says the Martyrologium Romanum.¹

¹ ["Dec. 16. Aberdone in Hibernia sancti Beani Episcopi." "Vetera manuscripta," says Baronius, "ex quibus Molanus hac die. Fuit hic Episcopus Aberdonensis, vt idem testatur." Sacrum Martyrologium Romanum, pp. 841, 842., edit. Colon. Agrip. 1610. 4to.

"S. BEANUS Murthlacensis in Scotia primus antistes, quae sedes Aberdoniam postea translata, quod locum priorem Dani deleuissent. H. Boethius, lib. xi. Hist. Scotie. pag. CCXXXV. 'Murthlaci sacrum magistratum omnium primus gessit Beanus, vir pietate et eruditione insignis, inter divos, sed aliquot post annos relatus.' Eum Usuardi Martyrologio adiecit ex codice vetere munscripito Joannes Molanus, atque ita memoriam ejus celebrat Martyrologium Romanum ad diem xvi. Decembris: 'Aberdoniae in Hibernia S. Beani episcopi.' Duplex compilatoris error; nam neque Aberdoniae civitas in Hibernia, sed in Scotia, portu maris commoda, et academia celebratissima. Notat Philippus Ferrarius Alexandrinus, mathematicus, ordinis Servorum generalis, in Topographia ad Martyrologium Romanum. Neque ille Aberdoniae episcopus, sed Murthlaci habendus, nondum enim usque ad S. Davidis Regis tempora episcopatus Murthlaco Aberdoniam translatus; et tamen eundem errorem in Martyrologio suo transcripsit Petrus Galesinius, protonotarius apostolicus. Scripsit 'Documenta Fidei lib. i.: Evangelii Narrationes lib. i.: Epistolae ad diversos lib. i.' Claruit anno MXL. sub optimo Rege Malcolm II. Latius egi in successione ecclesiae Aberdonensis." T. Dempsteri Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, t. i., pp. 66, 67. See also D. Camerarii De Scotorum Fortitudine, p. 202; Joann. Leslaei De Rebus Gestis Scotorum, p. 193; G. Conaui, De Duplici Statu Religionis apud Scotos, p. 54.

Both Molanus and Baronius, as well as Dempster and Chalmers, together with almost all succeeding writers, have confounded the Bishop of Murthlac with an *Irish* Saint of the same name, Saint Bean, a Bishop in *Leinster*, commemorated on the *sixteenth of December*. (Butler's Lives of the Saints, vol. ii., pp. 1048, 1119.)

The feast of our Scottish Bishop was celebrated on the *twenty-sixth of October*. Under that date is inserted the festival "Beani episcopi et confessoris" in the elaborate Kalendar prefixed to the "Epistolare de tempore et de Sanctis ad cathedralis ecclesie Abirdonensis usum," a very beautiful manuscript in vellum, written at Antwerp in 1527 at command of Bishop Dunbar, and now preserved in the Library of the King's College and University of Aberdeen. There is no commemoration appointed in this Kalendar for the sixteenth of December.

"Oct. 26. S. Bean first bischop of Murthlic Kirk whilk Bisshopric was transfereit to Aberdone vnder King Malcolm 2. 1010." (Adame King's Kalendar.) See also Sir Harris Nicolas' Chronology of History, p. 131., edit. Lond. 1838.]

SAINT DONORT. He dyed, A.D. M.XCVIII., having sate forty-two years. His feast was on the nineteenth of August, according to Camerarius.¹

SAINT CORMAC. He dyed about A.D. M.C.XXII., having sate twenty-four years: Boetius says, thirty-nine years;² but ther must be a mistake in the printing. Camerarius³ places his feast on the fifteenth of August.⁴

SAINT NECTAN, whose feast, according to Camerarius, was on the twenty-third of August.⁵ He was in great favour with Saint

¹ ["S. DONORTIUS, episcopus Murthlacensis, magna sanctitatis opinione successit S. Beano, qui primus in ea ecclesia sederat. Hect. Boethius, lib. xi. Hist. Scot. pag. ccxlv. et in lib. de Pontificum Aberdonensium Vitis, nam Murthlacensis translata est Aberdoniam cathedra. Scripsit Donortius 'Vitam S. Beani antecessoris sui. lib. i.' Sedebat anno MXXI. Quo die colatur non observavi, at memoria ejus die xxi. Aug. colitur: vii. Aug. xvi. ejusdem reliquiae translatae." T. Dempsteri Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, t. i., p. 204. See also G. Conaei De Duplici Statu Religionis apud Scotos, p. 57.]

² "Aug. 19. die. Sanctus Donortius Episcopus Aberdonensis. Quadraginta annos egit pontificatum, in vita et post mortem miraculorum gloria clarus. Hic inter caetera pietatis monumenta, institutendae iumentutis, suis vectigalibus ac fortunis in Aberdonensi Dioecesi fecit primordia, eoque hoc pium opus Dei creuisse cernitur, vt in hodiernum vsque diem celebris in eadem Aberdonensi ciuitate habeatur vniuersitas; quam Beatus Guillelmus Elphinstionis Aberdonensis Episcopus non modo agris et ecclesiasticis relictibus ornauit, sed velut de nouo erexit." D. Camerarii de Scotorum Fortitudine, pp. 167, 168. See also Joann. Leslaei De Rebus Gestis Scotorum, p. 193.]

³ [Aberdonensium Episcoporum Vitae, f. iii b.]

⁴ [De Scotorum Fortitudine, p. 167.]

⁵ ["S. CORMACUS, Sancti Beani et Donortii in episcopatu Murthlacensi successor, et eruditus et pius antistes, de quo nihil addendum iis quae ab Hectore Boethio sunt prodita lib. de Episcopis Aberdonensibus. Ejus sunt: 'Conciones piae, lib. i.' Ecclesiam regebat suam MXXI. Hector. Boeth., lib. ix., Histor. Scot., pag. ccxlv." T. Dempsteri Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, t. i., p. 156. See also G. Conaei De Duplici Statu Religionis apud Scotos, p. 57.]

⁶ ["Aug. 23. die. Sanctus Nectanus Episcopus Aberdonensis, apud Dauidem Scotorum Regem tanta valuit gratia, vt omnium in republica negotiorum momenta ab illius nutu et consilio Rex merito pendere voluerit. Episcopatum Aberdonensem pius Rex Sancti Nectani causa multis donauit prouentibus, atque praedius Veteris Aberdoniae, de Selaty, Goul, Murcroft, Kynmundy, Mameulach, Clat, Tulynestin, Rain, Dauiot, etc." D. Ca-

David, of Scotland, who was much influenced by his counsel. After having sate here fourteen years, he was translated to Old Aberdeen, by Saint David, in A. D. M.C.XXXVI.

The Translation of the See of Murthlack to Old Aberdeen by Saint David.

David Dei gracia Rex Scotorum · Omnibus probis hominibus tocius terre sue clericis et laicis · Sciant presentes et futuri me dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo · et Beate Marie · et Beato Machario · et Nectano episcopo Aberdonensi · totam villam de veteri Aberdon · dimidiam aquam de North (*that is Don as Malcolm's charter explains it*) · Sclaty (*in Old Machar now belonging to Sandilands of Crabstone*) · Goul (*Govel in Old Machar. Old Govel now belongs to Gordon of Govel; and Clubs Govel and Little Govel to Skene of Lethenty*) · Murecroft (*Murcar in Old Machar now belonging to Fraser of Fraserfield*) · Kimmundy (*in New Machar now belonging to Menzies of Kimmundie*) · Mameulach (*in New Machar now belonging to Gordon professor of Hebrew in The King's College*) · et ecclesiam de Kirktoun (*that is the church of Old Aberdeen*) · schyram de Clat · schyram de Tulinestyn · schyram de Rayn · schyram de Dauiot · cum pertinenciis earundem et ecclesiis · decimam cani (*kain, taxes or tribute*) nauium que veniunt apud Aberdon · decimam annone in eodem loco · decimam meam de redditibus de Aberdon · decimam thanagiorum redituum et eschetarum me contingentium infra vicecomitatus de Aberdon et Banf · Tenendas et habendas dicto episcopo Nectano et eius successoribus in puram et liberam eleemosynam · ita libere sicut aliqua eleemosyna in regno meo tenetur · Teste meipso apud Forfar · anno regni mei decimo tertio · tricesimo die Junii ·

King Malcolm IV. confirms this donation to Bishop Edward, by his charter dated the eighth day of December, in the third year of his reign.

Pope Adrian IV. grants a confirmation to Bishop Edward of all

merarii de Fortitvdine Scotorvm, p. 168. See Joan. Leslai De Rebus Gestis Scotorum, p. 211.]

the lands of this see by a Bull, (signed by himself and eight cardinals), dated August the tenth, A. D. M.C.LVII, and beginning thus :

Adrianus episcopus servus servorum Dei · Venerabili fratri Edwardo episcopo Aberdonensi eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum · Salutem et Apostolicam benedictionem ·

After a preamble, concerning the care of the church committed to him, addressing himself to Bishop Edward, he speaks thus :

Tuis itaque iustis postulacionibus clementer annuimus · et tam personam tuam quam Aberdonensem ecclesiam · cui Deo auctore preesse dignosceris · sub beati Petri et nostra protectione suscipimus ·

Then he confirms whatsoever the church of Aberdeen did already, or should hereafter, justly possess, and so comes to particularize its possessions at that time, among which he reckons up, (besides what is already named) :

Ecclesiam Sancti Macharii · decimam piscarie de Crovis · Pethferlen · Ardmachin · Ardechillin (*in the Foundation of Saint Peter's Hospital I find Ardschelly, Petenderleyn, and Ardonachyn gifted to it by the Bishop, which I suppose to be the same*) · Petsprottis · Murrod · Tulligreg · ecclesiam Sancti Nicolai de Aberdeen · decimam molendini Aberdonensis · cum uno rete in South aqua · et totam decimam piscium que ibi capiuntur (*A. D. 1430, I find Hugh Wells, rector of Durrays, who had been excommunicated for seizing the tithe of the fishes of Dee, (belonging to the Bishop,) on pretence that they were due to the vicar of Nig, came into Saint Macar's and there acknowledged his fault, before Bishop Henry Leighton, sitting in judgment, who thereupon enjoins Thomas de Tynningham his archdeacon to give him absolution, and commands him the said Hugh to come to-morrow and receive what penances shall be imposed on him*) · totam decimam piscium que capiuntur in Stellis · decimam de Baldwinstoune annone et piscium · decimam de Badfochel · monasterium de Cloveth · villam et monasterium de Morthlach cum quinque ecclesiis · ecclesiam de Ochtirless · ecclesiam de Inuercrudan · ecclesiam de Balhelvy · ecclesiam de Brass · ecclesiam de Dulmack · ecclesiam de Banchory Devinic · cum pertinentibus suis · terram de Ellon quam Magister Philippus tenuit · villam de Fetterneir et ecclesiam cum suis pertinentibus · villam que fuit Bastiani

presbyteri cum pertinentibus suis · villam que fuit Achilides secus Aberdeen Preterea monachos siue canonicos in tua cathedrali ecclesia iuxta dispositionem tuam instituendi liberam auctoritate Sedis Apostolicæ habeas facultatem · *etc* ·

King Malcolm IV. confirms to Bishop Matthew Kinninmont the churches and tithes, and several of the lands before mentioned, together with which they are named in that charter, (dated *apud Strivelin anno regni undecimo*,) the church of Oyne with its lands and pertinents, and the title of all the Kings rents and escheats between Dee and Spey, as well as that of the thanages and escheats of the two Sheriffdoms of Banf and Aberdeen. Hereupon King William gives this mandate :

Willielmus Dei gratia Rex Scotorum · Alano Hostiario justiciario nostro ex parte boreali Salutem · Cum frater meus concesserit domino Mattheo · episcopo Aberdonensi · secundas decimas de omnibus redditibus firmis eschetis suis infra vicecomitatus de Aberden et Banf · Tibi precipio quod de dictis decimis dicto domino episcopo et ejus successoribus responderi facias · Datum apud Edinburgh anno regni nostri decimo.

King Alexander II. grants to Richard Poyton, Bishop of Aberdeen, a confirmation as to “ omnes illas donaciones et decimas reddituum nostrorum tam thanagiorum quam burgorum inter Dee et Spey · cum decima eschetarum finium et exituum curiarum nostrarum justiciarie camerarie et vicecomitatus earundem Apud Kinghorn decimo Maii anno regni septimo · ”

King David II., (in his parliament at Perth,) after full inquiry made, confirms to Bishop Alexander “ secundas decimas cum exitibus curiarum.” King Robert II. confirms the same “ secunde decime ” for Formartin.

King Malcolm IV., by another charter, (dated “ apud Banf decimo quinto Nouembris anno regni vndecimo ”) gives to the same Bishop,

Matthew Kinnimont, his own barony of^{re} Murthill, with common pasturage in his forrest of Aberdeen, and leave to chuse for himself one of the four forresters there residing.

King William, by his charter, gives to the same Bishop all the lands of Brass, (namely, Ochtyrbrass, Drumenachy, Enach, Kirkton, Kinmonedy, Balfour, Tullysnaucht, Clone, Balnaboth, Tulliquhorsky, Tullicarny, *etc.*) with his own forrest of Brass, “cum omnibus natiuis dictarum terrarum · thanis meis tantum exceptis.”

King Alexander II. gives Brass and Fetterneir the privilege of a free forest, in favour of Bishop Ralph; so that none should shear or hunt there, (without leave,) under ten pounds fine.

King Robert II., (by his charter, “apud Sterling, anno regni decimo quinto.”) grants to this see the “secunde decime” of the mensal estate of Saint Andrews, (particularly Monimusk,) during the vacancy of that see, which till then the King was wont to receive himself.

King James IV., (by his charter at Linlithgow, A.D. M.CCCC.XCVIII.,) instead of these “secunde decime” of all the King’s wards and reliefs and escheats within the two sheriffdoms, which were often hard for the Bishop to collect, grants and assigns him the value of the “secunde decime” out of such of the lands nearest to himself as should happen to be owing them: commanding his two sheriffs to see the same paid. This gift is confirmed by a charter of King James V.

Alexander Stuart, Earl of Mar, and lord of the regality of The Garioch, (by his charter, dated at Aberdeen, February the tenth, A. D. M.CCCC.VII.), confirms the gift of Ardlair, Eastertocher, and the Kirkland of Oyne, before granted by his wife, Isabel Douglas of Mar, to Bishop Gilbert. Yet Ardlair, (called here two ploughs

of the land of Kinnethmound, in the shire of Clatt, valued at ten merks yearly, and paying two merks to the Bishop), was given originally to Bishop Matthew, by David [Earl of] Huntington, King William's brother, which Bishop gave it to one Tatenelle for a pound of incense, and a merk of silver, yearly: After that it was possessed by the Butters, as in A. D. M.CCCC.XVIII.

Pope Innocent VI. confirms all the possessions and privileges of this See, by his bull, dated at Lyons, the ninth year of his Pontificate.

A. D. M.CCCC.XLIX. Pope Paul II. confirms all the lands, tithes, *etc.* made to the chapter of Aberdeen, particularly the churches of Fordyce; the two Logies; that of Buchan, and that of Mar; Rathin; Kildrummy; Clovah; and Dummeth.

III. THE CATHEDRAL OF ABERDEEN, WITH ITS EPISCOPAL PALACE AND ITS BISHOPS.

Besides the old church, which was used here by the two first Bishops, of which we can give no account, ther have been three cathedrals here successively, all built by different Bishops, and dedicated to the memory of Saint Macar.

I. The *first* was begun by Bishop Matthew Kinninmond, which, because it was not glorious enough, Bishop Cheyne threw down.

II. The *second* was begun by the same Bishop Cheyne, but Bishop Alexander Kinninmond II., for the like reason, threw it down.

III. The *third* cathedral, which is the present, was begun by the same Bishop Alexander Kinninmond II., and, though the far noblest of all,¹ nine score years a building, yet stood not entire twenty

¹ ["Quale, quaeso, erat Diui Macarij templum Abbirdoniae? Qualia Canonicorum et Capellanorum ibidem claustrum et horti, cum Episcopi palatio? Ausim, et sine scrupulo dicere, celebriora me in Gallia, Italia, Hispania, Belgio, paucissima vidisse, immo nec similia." D: Camerarii De Scotorvm Fortitvdine, pp. 70, 71.]

years ; for the rabble, at the Reformation, did so maim and disfigure it, that its original grandeur is long since lost. However, as far as it can be now traced, we shall endeavour to represent it in a few words.

This Cathedral then consisted of a nave and choir, two wings at the east, and two at the west end, and three steeples. It had also thirty-two windows, whereof eight were called *storm* windows.

The *nave*, (or body of the church,) is sixty-four foot wide, and a hundred and thirty-five foot long, and stands on twenty pillars, ten on each side. Its cieling, which is very curious, and of the finest oak, is painted over with three rows of coats of arms, running down from one end to the other, that is from east to west. In the middle row are those of the Pope, the Bishops of Scotland, and the Prior of Saint Andrews. In the row on the right hand, are those of the Emperor, with several other foreign Kings and Princes. And in that on the left hand, are the arms of the King of Scotland, with those of the chief Scottish nobility. Farther, on the north border of this cieling, is figured the succession of the Bishops of Aberdeen ; and, on the south border, that of the Scottish Kings from King Malcolm II.

The pulpet here was built by Bishop Stuart.

This nave was begun by Bishop Alexander Kinninmond II. about A.D. M.CCC.LXX. ; roofed and paved by Bishop Lindsay, A.D. M.CCCC.XLV. ; leaded over by the Bishops Elphinston and Dunbar, and cieled by this last. It was saved from utter ruin by [George] Earl of Huntley, A.D. M.D.LX., when the Mernis rabble took the lead from the roof. And last of all, it was slated by the parish, A.D. M.DC.VII.

It has three doors ; the *west* door, formerly used for processions ; the *south*, now called the *marriage* door, because such as are going to be married enter in at it ; and the *north* door, which being unsuitable to the grandeur of the nave, was but going to be new built, when the rabble destroyed it.

The choir, (which is now in rubbish,) was beautified by Bishop Spence about A.D. M.CCCC.LX., with a chair, (or throne,) for the

Bishop, and new stalls for the priests ; but was demolished barbarously, A.D. M.D.LX., by the Mernis rabble above named.

The two wings on the east end are two isles :

The north isle, (called also Saint John's chappel, from the altar in it dedicated to this saint,) built by Bishop Leighton, about A.D. M.CCCC.XXX., for his burial place ; but broken down by the above-named rabble : wherein the Bishop's statue is seen lying on his tomb. 'Tis now called The Gordon's Isle, because bought about A.D. M.DC.XXX., by the Marquess of Huntley, for a burial place to his family. In the *Registrum Chartarum*, it is called also Saint Catharine's chappel, from its altar.

And the south isle, built by Bishop Dunbar, about A.D. M.D.XXII., for his burial place, though both it, and his tomb, and his marble statue are now broken down. This is commonly called *The Light Isle*, as the other. *The Dark Isle* ; because, with respect to one another, they are so indeed. A.D. M.DCC.XXV., it was broken down to build the south side of the [King's] college.

The two wings on the west end, are the consistory and Scougal's isle.

The consistory, (on the north side,) was built by Bishop Stewart, A.D. M.D.XXXIX., and had a secret room adjoining to it, (under the northern lesser steeple,) called the charter-house.

As to Scougal's isle, its age is unknown : it was, at first, called Saint Macar's, and, afterwards, Bishop Cheyne's isle. Its present name is from Bishop Scougal, who lyes there buried, having his image in marble on the tomb.

Of the three steeples, the middle one was by far the greatest, rising on four pillars between the nave and the choir. It was four story high, and square, and had two battlements, and seems to have been about one hundred and fifty foot high : was a noted landmark off at sea, and had fourteen bells, all gifted to it by Bishop Elphinstone, which were carried away A. D. M.D.LX. by the rabble, so often befor named. It was founded by Bishop Leighton, about A. D. M.CCCC.XXX. ; completed by Bishop Elphinston. A. D.

M.CCCC.LXXXIX.; but, being neglected by those who were employed to support it, it fell flat to the ground, Munday the ninth of May, A. D. M.DC.LXXXIX.

The two lesser steeples on the west end are round and pyramidal, and each of them one hundred and twelve foot high. That to the south has a clock in it, and three bells; (their dates are M.DC.XXII., but this bell, which is the biggest, is burst and disused; M.DC.LXXXVII.; and M.DC.XVIII.). And in that to the north, it is supposed, the vestry of old was.

This cathedral had the privilege of a sanctuary, or girth, and had a Girth-Cross, on the Bishop's dove-cote-green, which was a sure refuge for manslayers, or such as had committed slaughter by pure accident and misfortune, without any malice or design.

Within this cathedral, I find these altars occasionally mentioned in the Chartulary, *etc.* :

The Virgin Mary's, which is called a high altar.

Saint Catharine's, founded by Bishop Dunbar, perhaps in his own isle.

Saint Leonard's, founded by Elizabeth, the heiress of Gordon, who, dying A. D. M.CCCC.XXXVIII., was buried here.

Saint Michael's, founded by Alexander Galloway, rector of Kinkell.

Saint James's, founded by Thomas Earl of Mar, as it seems, who founded a chaplainry in honour of this saint.

Holy Cross.

Saint Devinic's.

Some mention those of

Saint Peter.

Saint Denys.

Saint Andrew.

Saint Paul.

Saint Dominic, supported out of Balgowny and Cairnfield.

As to that of the chapter, the high altar, and that beneath the high altar, (all three named in the Chartulary,) whether they were different from all those already named, I know not.

THE EPISCOPAL PALACE OF ABERDEEN.

The Episcopal Palace of Aberdeen, stood at the east end of the choir of the Cathedral, and was a large and fair court, having a high tower at each of its four corners; an outer and inner gate; with a

deep well in the middle of the court; and an iron gate by which the Bishop passed from his Palace into the choir; also a water-gate, leading to Don, and the bow-butts.

This court had a back close, where were the office houses, dove-cote, *etc.*

The orchard stood between the Bishop's court and that of the chaplains. It remains to this day, and is very large, and had on the west wall a summer-house, three story high, whence one had a prospect of the whole town.

THE CITY OF OLD ABERDEEN.

Name.	Old Aberdeen was of old called Aberdon, which is indeed its proper name, (and so it is usually called in the old charters of the Bishops in the Chartulary of Aberdeen,) that word signifying, (in British,) that its situation is at the mouth of Don.
Erection	It was erected into a City, (or Bishop's See.) by the charter of Saint David, as is declared by that granted by King James IV., in the Chartulary of Aberdeen.
Arms.	The arms are a pot of lillies, (which by their whiteness are an emblem of chastity,) and the town being under the patronage of the Virgin Mary
Division.	The city may be divided into three parts: The Chanonry, at the north end; The Town, in the middle: and The University, at the south end; besides two suburbs, one at the north end, called The Seaton, and another at the south end, called The Spittal.
Description.	The City consists of one long street which, at The Cross, divides like a fork into two; which two are joined again by a fourth, that runs parallel with the Cathedral, Bishop's Palace, and chaplain's court. The Chanonry, (which had formerly four ports, but now only two,) comprehends the Cathedral; the Bishop's Palace, now razed; Bishop Dunbar's hospital; the houses of the canons; and the court of the chaplains.

The Town, which descends from the Chanonry to the University, comprehends The Cross, tolbooth, and several houses which before the Reformation seem to have belonged chiefly to mechanicks who served the chanonry and university.

The University, (commonly called The College Bounds,) comprehends the King's College, and the manses of the professors of medicine, canon law, civil law,; and Powys, with some little houses interspersed.

Dr. Arthur Johnston has written this epigram upon the city :

ABREDONIA VETUS.

Te pius Antistes colit, urbs antiqua, regitque,
 Dona que felicem reddit et unda freti.
 Amnis aquas uno pons admirabilis arcu
 Integit, autores suspicor esse Deos.
 Talis erat Rhodii moles operosa colossi,
 Turgida quam subter vela tulere rates.
 Hunc prope salmonum soboles argentea nassas
 Sponte subit, laqueis induiturque tuis.
 Est quoque quod jactes vetus et venerabile templum,
 Caetera praedonum diripuere manus.
 Turribus hoc surgens geminis Pharos esse putatur,
 Puppibus et tutum per vada monstrat iter.

And, speaking of the College :

Non procul hinc Phoebi surgunt et Palladis arces,
 Aurea crux illas et diadema tegit.
 Has pius erexit Praesul, Rex divite censu
 Donavit, titulos prodiga Roma dedit.
 Non tot equus pedites fudit Trojanus Achivos,
 Lumina quot patriae protulit ista domus.
Omnibus hoc scriptum *etc* . Dauid permissione diuina *etc* . Sancti Andree . salutem eternam in Domino . Nouerit vniuersitas vestra nos caritatis intuitu . dedisse . concessisse . et hac carta nostra confirmasse . domino Fratri Priori de Munimusc et canonicis ibidem Deo seruientibus et inperpetuum seruituris / Dolbethoc cum suis iustis pertinencijs tenendam et habendam sibi et suis successoribus . libere . quiete . plene . honorifice . de nobis et successoribus nostris . in liberam puram et perpetuam elemosinam ad sustentacionem pauperum et peregrinorum ibidem confluencium . In cuius rei testimonium *etc* . Testibus . A . de Malkaruistun . *etc* .

Confirmatio Innocencii Pape . Priori et conuentui de Munimusc de ecclesijs Sancti Andree de Afford / Sancti Marnoci de Loychel / Sancti Dianconiani de Kege / et Sancti Andree de Kindrocht .² (A. D. 1245.)

Innocencius Episcopus seruus seruorum Dei . dilectis filiis . Priori et conuentui de Munimusc ordinis Sancti Augustini Aberdonensis dyocesis salutem . et Apostolicam benediccionem . Iustis petencium desiderijs . dig-

¹ [From the Liber Cartarum Prioratus S. Andree, p. 369.]

² [From the same, p. 372.]

num est nos facilem prebere consensum et uota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere . Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulacionibus grato concedentes assensu . Sancti Andree de Afford . Sancti Marnoci de Loychel . Sancti Diaconiani de Kege . Sancti Andree de Kindrocht . ecclesias cum earum pertinenciis . quas uos proponitis assecutas sicut eas iuste ac pacifice possidetis . uobis . et per uos ecclesie vestre autoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus . Nulli autem *etc* . Siquis autem *etc* . Datum Lugduni . v . Kalendas . Junii . pontificatus nostri . anno . secundo .

Confirmatio eiusdem Innocencii Pape de terris de Dolbethok / de Loychel / et de Eglismeneyttok . ¹(A. D. 1245.)

Innocencius *etc* . ut supra usque . Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulacionibus grato concedentes assensu . de Dolbethok . de Loychel . de Eglismeneyttok . terras sicut eas iuste ac pacifice possidetis uobis et per uos ecclesie vestre auctoritate Apostolica confirmamus . et presentis scripti patrocinio communimus . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere . uel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attemptare presumererit . indignacionem Omnipotentis Dei . et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum . Datum Lugduni . xiiij . Kalendas . Junii . pontificatus nostri . anno secundo .

Redditus proprii canonicorum de Munninuse in adventu Fratris . Alani Prioris . anno . gracie . m^o . cc^o lx^o . octauo . In Festo Natiuitatis Beate Uirginis . tam de terris quam de ecclesiis .²

Summa ecclesie de Afford . In firma denariorum . x . marce . In firma farine . xvij . celdre .

Summa ecclesie de Loychel sine dimidia dauate terre . xv . celdre . et . xii . bolle . farine .

Summa ecclesie de Keg . centum . solidi . de qua nichil . quia per predecessorem impingnorata .

Summa ecclesie de Kindrouch . per garbas . vi . marce . et dimidia . et . vj . solidi . cuius alteragium est .

De terra de Loychel . ij . marce et dimidia .

De Fedarg et Folyath . iij . marce .

De Tulibaglagh . dimidia . marce .

¹ [From the Liber Cartarum Prioratus S. Andree, p. 373.] ² [From the same, p. 361.]

De bracina . dimidia marce .
 De Thom Maro . x . solidi .
 De cotariis . vi . solidi .
 De Eglismenigcott nichil quia inpingnoratur .
 De cano de Houctireyht . x . bolle . ordeï . et . x . petre casei .
 De cano de Mukual . dimidia celdre ordeï .

Carta Magistri Duncani Forbes de Monymusk de manerie de Monymusk per Daudem Priorem cum consensu sui coadiutoris . ¹ (A. D. 1549.)

Omnibus hanc cartam visuris vel auditoris Daud permissione diuina Prior Prioratus Monasterii de Monymusk cum consensu et assensu Magistri Joannis Elphinstoune Rectoris de Inuernochty canonici Abirdonensis ac coadiutoris nostri ad dictum locum et Monasterium de Monymusk . cui Magistro Joanni data est omnimoda potestas per decretum Episcopi Abirdonensis et canonicorum capituli eiusdem ac literas ordinarias dicti Episcopi Abirdonensis prouisioni eiusdem Magistri Joannis super dicto coadiutorio conformes regendi / fructusque et terras eiusdem locandi asse-
dandi et ad feudifirmam dimittendi / cum consensu et assensu conuentus loci antedicti . Necnon nos dictus Magister Joannes pro nobis et successoribus nostris salutem in Domino sempiternam . Noueritis nos vnanimi consensu ad hoc capitulariter congregatos precedente edicto publico in valuis ecclesie Prioratus de Monymusk affixo per spacium viginti vnus dierum citante omnes interesse habentes ad effectum infrascriptum / vtilitate nostra et dicti nostri Monasterij ac nostrorum successorum et in augmentationem rentalis nostri vt infrascribitur ac policiam reipublice regni / ac contemplationem statutorum parlamenti Necnon pro magnis et arduis gratitudinibus auxiliis consiliis et benemeritis per honorabilem virum Magistrum Duncanum Forbes in arduis nostris negociis nobis et dicto nostro Monasterio alias factis Necnon pro magna pecunie summa per dictum Magistrum Duncanum et Agnetem Gray eius sponsam in nostra vrgente necessitate nobis et dicto Magistro Joanni Elphinstoun coadiutori antedicto et dicto nostro conuentui pre manibus persoluta Ac in vtilitatem dicti nostri loci et Monasterii nunc ruinosi conuertenda et alias conuersa pro edificatione et restauratione eiusdem . de quaquidem summa tenemus nos gratanter et integre persolutos [*etc.*] Necnon propter alias causas rationabiles animos nostros ad hoc mouentes

¹ [From the original in the charter chest at Monymusk.]

dedisse concessisse vendidisse et ad feudifirmam seu perpetuam emphiteosim hereditarie dimisisse et hac presente carta [*etc.*] prefato Magistro Duncano Forbes et Agneti Gray coniugi sue secum in coniuncta infeodatione et eorum alteri diutius viuenti et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis / quibus forte deficientibus heredibus propinquioribus legitimis masculis dicti Magistri Duncani et suis assignatis quibuscunque . Omnes et singulas terras nostras maneriei nostre de Monymusk cum molendinis multuris terris molendinariis toftis croftis et suis pertinenciis jacentibus infra parochiam de Monymusk et vicecomitatum de Aberdene . Tenendas et habendas [*etc.*] prefato Magistro Duncano et Agneti eius sponse [*etc.*] de nobis et successoribus nostris in feudifirma seu emphiteosi hereditaria imperpetuum per omnes rectas metas suas [*etc.*] Reddendo inde annuatim [*etc.*] nobis et nostris successoribus Prioribus de Monymusk summam viginti quatuor librarum vsualis monete regni Scocie pro firma dicte maneriei [*etc.*] Necnon summam tredecim solidorum et quatuor denariorum eiusdem monete in augmentationem annuam nostri rentalis plusquam vnquam antea huiusmodi terre [*etc.*] Reseruando etiam nobis et successoribus nostris locum Monasterii nostri cum horto vocato *The Pryouris Yard* cum pastura quatuor equorum equitabilium Prioris et domesticorum suorum seruorum et triginta ouium pro sustentatione familie dicti Prioris cum contigerit eum personaliter in Monymusk residere vbi dictus feuditarius et sui heredes pascunt equos suos et oves suas . volumus etiam quod quilibet heres seu assignatus de nouo intrans ad huiusmodi terras / in suo primo introitu duplicabit nobis et successoribus Prioribus dicti loci huiusmodi feudifirmam annuam . [*etc.*] In cuius rei testimonium huic presenti carte nostre subscriptionibus nostris manualibus subscripte sigillum commune dicti Prioratus necnon sigillum officii coadiutorie dicti Magistri Joannis Elphinstoune coadiutoris antedicti sunt appensa . Apud Monymusk et Abirdene respectiue decimo septimo die mensis Marcii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octauo coram testibus Dauide Kyntor Alexandro Gray burgensibus de Abirdene Magistro Waltero Steward Vilhelmo Marsar Patricio Lumysden Domino Alexandro Yowngsone Magistro Thoma Daidsonne et Martino Howesone notariis publicis cum diuersis aliis .

Dauid Prior de Monimusk

Magister Joannes Elphinston coadiutor Monasterij de Monymusk
 Dominus Jacobus Chyld canonicus de Monimusk manu propria ad hec
 Jacobus Murray canonicus de Monimusk manu propria ad hec

Conformacioun of the channonis of Monimusc.¹ (A. D. 1550.)

Be it kend til all men be thir presenttis wss Deyn James Chyld and Deyn James Murraye chanonis of the Abbaye and Priorye off Mvni-mosk to haiff seyn viseit and considerit ane infestment be chartour and precept giffin be owr suprem heid off the sade Abbaye to M Duncan Forbes and his aris / off all and syndrye owr landis off the manis of Mvni-mosk vith thairis pendiclis and pertinenttis / vith the quhilk infestment we ryplie advisit and hes fundin that the samin vas sett to the grit vtilite and weyll off our said Abbaye for restauracioun of the samin and also for augmentacioun of our rental / ass in the said infestment at mayr lynth is contenit Quhairfor we the saidis chanonis and conuent for the tyme off the said Abbaye subscriiit the said chartour and precept giffin theron to the said M Duncan and his aris in fewferm and heretage / Quhilkis subscripcionis we be thir presenttis ratyfyis and approwis in all tyme cumyng And be thir presenttis testifyis and makis it knawin that we ne neyn of wss in mon tyme bigane hes giffin our consent nor subscriptionis till non otheris off the saidis landis off the manis of Mvni-mosk except to the said M Duncan and his aris / And heyrfor bynddis and oblesis wss and euere ane of wss lelelye and trewlye the Halye Euangell tuchit vith owr handis therto off owir awin frie will neuer to cum in the contrar nor to giff our consenttis nor subscriwe non chartour precept nor infestment quhatsumeuer on the saidis landis in non tyme cumyng till non otheris quhatsumeuer / and that because we haiff ressaut the said M Duncan owir tenent therto and his aytht of fydelytie thairon for payment and furthillyng off all and syndrye the punettis contenit in the said infestment / And incaise owir Prior ordinar or administrator haffand jurisdictioun on wss nocht haffand God nor guid conscience before [tham] ne respect off the premissis done be tham and wss to the said M Duncan hes giffin thair consenttis and subscriptionis till ony otheris on the saidis lands in preiudice off the said M Duncanis tytill and in prodioum off thairis faime and lawte / We be thir presenttis renuncis [and] reuokis all consenttis and subscriptionis giffin or to be giffin in ony tyme cumyng be our said ordinar on the saidis landis till ony other persoun or persounis quhatsumeuer except to the said M Duncan and his aris elanerly / And forther giff it hapinis / quhilk God forbed / that be

¹ [From the original in the charter chest at Monymusk.]

our forsaid ordinar warante and dispositioun off the saidis landis till ony otheris that be the samen thair beis rassit letteris on the saidis M Duncan or his aris for reductioun off the said our infestment giffin to the said M Duncan and his airis on the saidis landis / than in that caise we the saidis chanonis renuncis and reuokis the saidis letteris and instance thairroff now ass than and than ass now / And heirfor makis constituttis and ordanis honorabill men Masteris Robert Lumisden Thomas Dausoun and Gilbert Jhonston owir lawehfull and ondowtit procuraturis executouris factoris and speciall erand beraris to pass in owir neym befor ony juge or jugis day or place that the saidis M Duncan or his aris beis callit for the sam and thair in owir neym renunce and reuok the saidis letteris and instance tharoff as we owir self mycht do and we wer thair present in propyr personis / And for the faythfull obseruyng and keyping of all and syndrye the premissis we the saidis chanonis and conuent for the tyme lelelye and treulye byndis and oblessis wss be the faythis in owir bodyis the Halye Euangell tuicht off owir awin fre will neuer to cum in the contrar be thir owir subscriptionis *et sub penis infamie et periurie* In presens off Jhon Forbes in Kylbethok Alexander Lumisden Villeam Merser and Alexander Youngsoun notar publict quhom we haiff constitut to put thir presentis in mayr ampill forme as neid beis *sub forma instrumenti* At Monimosk the tent daye off Julij yeyr off God ane thowsand fyf hundreyth and fyfty yeyris

Den James Chyld cannone of Mvnymsk with my hand

Jacobus Murray cannone of Mvnymsk with my hand

Ita est Alexander Youngsoun *notarius publicus ac testis in premissis*

Facultas concessa Magistro Joanni Elphinstoune ad locandum terras Prioratus de Monymusk.¹ (A. D. 1550.)

Raynutius miseratione diuina *etc.* Sancti Angeli presbyter Cardinalis discretis viris thesaurario et archidiacono ac Arthuro Talliefer canonico ecclesie Aberdonensis Salutem in Domino Ex parte Johannis Elphinston canonici Aberdonensis nobis oblata petitio continebat Quod cum domus et edificia Monasterii siue Prioratus de Monymusk ordinis Sancti Augustini Aberdonensis diocesis quod seu quem Dauid Farlie in titulum seu commendam aut alias ex concessione et seu dispensatione Apostolica obtinet diruta et fere solo equata esse reperiantur . sic quod dictus Dauid adeo

¹ [From the original in the charter chest at Monymusk.]

senex et valetudinarius vt illorum reparationi prouidere non possit et nisi ei breui prouideatur timeatur Monasterium seu Prioratum prefatum eueri debere Et propterea si dicto exponenti / qui in coadiutorem ipsius Dauidis cum futura successione Apostolica primo et deinde ad eiusdem Monasterii seu Prioratus regimen et gubernium ita vt illius fructus redditus et prouentus percipere exigere et leuare [*etc.*] ac alia regimen et gubernium huiusmodi concernentia facere et exequi attenta dicti Dauidis senectute et valetudine possit ordinaria auctoritatibus sub certis modo et forma deputatus fuit / certas possessiones seu terrarum petias iuxta suos confines sitas et positas ac ad prefatum Monasterium seu Prioratum aut illius mensam legitime spectantes et pertinentes valoremque annum sex librarum sterlingorum non excedentes . in emphiteosim perpetuam seu ad certum etiam longum tempus vni seu pluribus personis sub certo annuo canone reddito siue censu conueniendo ac cum certis pactis et conditionibus emphiteoticis in euidem ipsius Monasterii seu Prioratus vtilitatem . locandi et concedendi ac pecunias ex locatione et concessione huiusmodi prouenientes in restaurationem et reparationem domorum et edificiorum predictorum conuertendi . a sede Apostolica facultas concederetur profecto indemnitati dicti Monasterii seu Prioratus plurimum consuleretur . Quare supplicari fecit humiliter dictus exponens sibi super his per sedem predictam de opportuno remedio misericorditer prouideri . Nos igitur dictarum terrarum situationes confines denominationes valores qualitates quantitates et circumstantias ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro plene et sufficienter expressis habentes . ac attendentes quod in his que in monasteriorum et locorum regularium vtilitatem cedere dignoscuntur fauorabiles esse debemus atque benigni . Auctoritate Domini Pape cuius primarie curam gerimus Et de eius speciali mandato super hec viue voci oraculo nobis facto Discretioni vestre aut duobus vestrum coniunctim committimus quantum si per diligentem informationem per vos super premissis seruatis seruandis habendam locationem et concessionem predictas si fiant in euidem dicti Monasterii seu Prioratus vtilitatem cedere repereritis super quibus vestram conscientiam oneramus . eidem exponenti de consensu dicti Dauidis petias terrarum predictas in emphiteosim vt prefertur locandi et concedendi ac pecunias exinde prouenientes in restaurationem et reparationem domorum ac edificiorum predictorum conuertendi ac omnia alia et singula in premissis [*etc.*] faciendi [*etc.*] Apostolica auctoritate licentiam concedatis et facultatem

tatem [etc.] Non obstantibus premissis et felicitis recordationis Pauli prebendarii de rebus ecclesiasticis non alienandis necnon quibusuis aliis Apostolicis ac in prouincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus necnon Monasterii seu Prioratus et ordinis predictorum statutis et consuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis ceterisque contrariis quibuscunque . Datum Rome apud Sanctum Petrum sub sigillo officii primarie . v . Idus Decembris Pontificatus domini Julij Pape iij Anno Primo .

Chartour of the ruinous hous of Monymusk be Robert commendatour .
sine dato.¹

Omnibus hanc cartam visuris vel audituris Robertus permissione diuina Prior Prioratus de Monymusk eternam in Domino salutem sempiternam Noueritis nos vtilitate et commodo nostris et successorum nostrorum commendatiorum de Monymusk et loci eiusdem vndique preuisis [etc.] Et in specie habita consideratione quod locus et Monasterium dicti Prioratus de Monymusk nunc penitus dirutum et vastum existit Et quod omnes conuentus eiusdem sunt defuncti sic quod nulla residentia aut domus habitationi conueniens pro presente apud dictum Monasterium existit / vt ruinosae domus et edificia dicti loci edificentur et vt in eisdem gymnasium literarium pro pueris in honestis studiis et literis erudiendis institui poterit / Necnon pro rentalis nostri augmentatione ac certis pecuniarum summis nobis per honorabilem virum Vilelmum Forbes de Monymusk feoditarium terrarum manerie de Monymusk [etc.] dedisse concessisse [etc.] prefato Vilelmo Forbes de Monymusk heredibus suis masculis et assignatis quibuscunque Totas et integras ruinosas domos et edificia dicti Monasterii de Monymusk et vnamcroftam seu petiam crofte iacentem post ortum versus borealem partem dicti loci extendentem ad seminationem quatuor bollarum ordeï annuatim vnacum omnibus ac singulis domibus edificiis ortis constructis et construendis iacentibus ex boreali parte torrentis currentis ad dictum locum et Monasterium sub semiterio ecclesie parochialis de Monymusk cum omnibus et singulis partibus [etc.] vnacum communi pastura sex equorum et quinquaginta arietum *lye wedderis* super terras manerie de Monymusk pasturandorum (que nobis et successoribus nostris per cartam et infeofamentum feodifirme per predecessores nostros quondam Magistro Duncano Forbes

¹ [From the original in the charter chest at Monymusk.]

patri prefati Villelmi concessam specialiter et expresse reseruauerunt) jacentibus infra parrochiam de Monymusk et vicecomitatum de Aberden . Tenendas et habendas [etc.] prefato Villelmo Forbes heredibus suis masculis et assignatis de nobis et successoribus nostris Prioribus dicti Prioratus in feodifirma et hereditate imperpetuum per omnes rectas metas suas [etc.] Reddendo inde annuatim [etc.] pro dicta crofta seu petia crofte viginti sex solidos octo denarios Et pro dicta pastura sex equorum et quinquaginta arietum decem solidos Et pro domibus edificiis et pertinentiis dicti loci summam tredecem solidorum quatuor denariorum in augmentationem nostris rentalis [etc.] Ac etiam sustinendo edificando et reparando omnibus temporibus futuris vnā idoneam domum seu edificium pro gymnasio literario seu schola pro iuuentutis instructione cum necessariis dicte schole spectantibus / tantum pro omni alio onere [etc.]¹

Robert commendator off Monymusk

Alex^r Gray vitnes to the premissis

THE ABBAY OF DEER

Deer, lying between Sapling-brae and Aikie-brae, (the customs of which fair, called *Mercatus Querceti*, belonged to this Abbay,) on the brink of Ugie, in Old Deer parish, was founded, March the first, A. D. M.CC.XVIII., by William Cumming, Earl of Buchan, who, dying A. D. M.CC.XXXIII., was buried here. The monks were, at first, Cistertians; but they were afterwards changed into Bernardins. The church was dedicated to the Virgin Mary; and the convent was a large building of red stone, (the ruins of which are yet seen,²) having several houses round about it for the use of the mechanicks who served the Abbay.

¹ [In the original there is a space left for the testing clause.]

² ["On a pleasant bank of the river Ugie, shaded from the north by a woody hill, lie the remains of the Abbey of Deer: the form of a cross, in which it had been built, may still be traced among the ruins. Most of the doors and windows have large round arches; but the work has been altogether plain; no vestiges of carving, nor even mouldings, are discoverable on any part." (Antiquities and Scenery of the North of Scotland. By the reverend Charles Cordner, minister of St. Andrew's Chapel, Bamff, p. 43. Lond. 1780. 4to.)

An engraving of the "Abbey of Deer, as it existed in 1770," is inserted in "A General View of the Agriculture of Aberdeenshire. By George Skene Keith, D.D., minister of

Saint Guinoth, confessor to King Alexander III., is said to have been Abbot here, and to have died in his embassy to Florence, Earl of Holland, A. D. M.CC.LXXXVII.. His feast was kept on the thirty-first of March.*

Keith-hall and Kinkell," p. 98. Aberd. 1811. 8vo. The author states, "as a striking proof of the uncommon skill of the Romish clergy in the raising of fruit trees, that when Mr. Ferguson of Pitfour was laying out his new orchard, he found in the garden of the Abbey of Deer, first, rich soil, above three feet deep; secondly, a well paved causeway of granite: thirdly, a bed of pure sand, one foot deep; fourthly, another causeway of granite: and below the whole, a considerable depth of rich mould. No greater precaution could have been taken to hinder the roots of the fruit trees from being injured, by piercing into a cold or wet subsoil." (pp. 367, 368.) "It is said," writes Mr. Cosmo Innes, "that some ancient pear trees which were thrown down by a violent storm at Kinloss, early in the last century, exposed to view, under their roots, a carefully laid pavement, after the fashion which is now used by the most skillful gardeners, to prevent the roots from penetrating too deep." (Ferrerii Historia Abbatum de Kynlos, pref., pp. xv., xvi. Edinb. 1839. 4to.)]

* T. Dempsteri Historia Ecclesiastica Gent. Scot. [t. i., p. 306: "S. GUINOTHUS, Abbas Deiranus, Alexandro III. Regi a sacello et sacris conscientiae fuit, eruditionis mundanae quidem callens, sed divinae sapientiae cupidus magis observator. Cum legatione ad Florantium Hollandiae comitem fungeretur, magno Regis dolore, sed longe majore, ob incommoda quae postea evenerunt, regni totius dispendio, vita functus, ac in patriam relatus, ingenti signorum gloria inclaruit, ab episcopo Aberdonensi elevatus, S. sede Apostolica jubente. Extat officium ix. lectionum, et templa aliquot ei dicata. Depositus anno M C C X C VII. colitur die XXXI. Martii. Jacobus Cheynaecus." See also D. Camerarii De Scotorum Fortitudine, pp. 130, 131.

"ALEXANDER Benedictinus monachus congregationis Benchorensis, vel Cluniacensis, ut quibusdam visum, vel, ut verius alii, Scoticae, Deirae professor, patria exactus saeviente bellorum civilium tempestate, in Essebio Angliae monasterio diu vixit, unde illi Essebiensis cognomentum. 'Carminum excellens, et prosa,' ait Uvion in Lig. Vitae adjunctis. Banfiensem se profitetur lib. II, Epitomes Historiae Britannicae in limine. Nec illius, praeter Baheum, quod sciam, quisquam meminit, qui et ipse mendacioso assueto Anglum facit. Scripta ab eo: 'Epitome Historiae Britannicae, lib. II.; Vita S. Bertellini Eremitae, lib. X.; Vita S. Cunigundi Eremitae, lib. I.; De sacris Diebus, lib. I.; Carmina sacra, lib. I.; Epistolae, lib. II.; Patriae Calamitas, lib. I.' Floruit anno M C C LX." T. Dempsteri Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, t. i., p. 46.

"SAMUEL DEIRANUS, monachus Benedictinus, a Deira celeberrimo Buchaniae coenobio sic vocatus, vir fuit ad miraculum omnibus bonis artibus eruditus, praecipue mathematicis, in quibus tantum floruit et excelluit, ut a vulgo magus haberetur; revera naturae mysteria adeo penetravit, ut nihil in iis ei occultum foret. Mira praedictionum felicitate, varia reliquit ingenii sui rarissimi monumenta, sed ad me paucorum apices pervenerunt. In his habentur: 'Canones Astrologici, lib. I.; Principum quorundam Horoscopi, lib. I.; Praedictiones veraces

The last Abbot I find here is Robert, brother to William Earl Marishal, presented by Queen Mary, A. D. M.D.XLIII.*

This Abbay being erected into the Lordship of Altrie, was given to George Earl Marishal, A. D. M.D.LXXXIV.

To this Abbay belonged the patronages and tithes of Old Deer, Peterhead, Foveran, and King Edward.

There belonged to the Abbay of Deer these lands, erected afterward into a barony, called that of Altrie, lying in the parishes of Old Deer, New Deer, Peterhead, Foveran, Ordewhill, Logic-Buchan. Clerkhill: Quartalhouse; wakmiln thereof; miln of Crichtie; meikle Crichtie; Auchmunyiel; Cairnbanno; Clackriach; Little Elrick; Aldmad; Auchinleek; Atherb; Skillymarno; Achmachar; Altrie; Biffie; Brunchill; miln of Bruxie; new miln of Bruxie; Kirktown of Deer; Benwalls; Meikle Elrick; Munkshill in Newburgh, now an inn; Grange; Fishertown of Peterhead; an annualrent of three pounds, six shillings and eight pence out of Tulloch: and of thirty-three shillings and four pence out of Toux; and of forty shillings out of Savoek and Kimmunde; a lodging for the Abbot in Aberdeen, (being a court in the Castlegait there, now called Marischal's Lodging); Barrie; Fechil.†

super Casu Religionis apud Scotos, et ejusdem nova Restauratione, lib. I.; Theologicae Collectiones pro Astrologica Scientia, lib. I.' Obiit anno MDXLVII. Sepultus non longe Edimburgo in cujusdam viri nobilissimi sacello, quocum ejusdem sacelli imagines omnes etiam sepultae ac reconditae." T. Dempsteri Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, t. i., p. 233.]

* Epistolae Regum Scotiae, vol. ii. ["ROBERTUS KETHUS, frater Comitis Martialis, vir non minus eruditione, et vitae continentia, quam generis claritudine illustrissimus, Abbas Deirensis, multa egisse dicitur, quo collapsos ecclesiastici ordinis mores restitueret, acerrimus vitiorum in illo hominum genere vindex et censor. Scripsit et publicavit 'Ad Clerum Monitoria, lib. i.; De Primitivae Ecclesiae apud Scotos Sanctitate, lib. I.' quod opus Jacobus Langius, Sorbonicus doctor, Scotus, publici juris facere voluit; an fidem liberarit, nescio. Obiit Lutetiae anno MDLI. die XII. Junii, sepultus in aede sacra Carmelitarum ante aram S. Niniani Scoti." T. Dempsteri Hist. Ecclesiast. Gentis Scotorum, t. ii., pp. 423, 424.]

† From a chartar of the Earl Marshal.

[Excerpta ex Joannis Ferrerii Historia Abbatum de Kynlos.¹

Anno Domini 1219, fuit erectio Monasterii a Deir, quarto Calendas Februarii; et eodem die profecti sunt aliquot monachi ex Kynlos in Deir, tanquam in novam coloniam. Monachorum nomina sunt, Hugo, Ardorus, et Joannes; qui, continua successione, altero decedente, subrogati sunt in ejusdem loci Abbates. Haec facta sunt sub Abbate a Kynlos quarto, Domino Radulpho, anno primo ipsius administrationis, (sic opinatur in suo catalogo Dominus Robertus Stephanus, nunc Prior a Deir,) apud Monasterium a Kynlos. His tribus in Deir Abbatibus, successit quartus, Valerantius nomine; vir, (ut tum ferebat aetas,) bene eruditus, et Gallus natione. Valerantio successit Richardus, qui postea nonus abbas a Kynlos fuit.²

Dominus Richardus, Abbas a Kynlos nonus, obiit sexto decimo Calendas Augusti, anno Domini 1289. Hic primum monachus fuit apud Deir, et ibidem Abbas quintus; deinde selectus est ut praesset Monasterio a Kynlos. Huc venit, et complures annos vixit, homo plane religiosus.³

Dominus Adam, Abbas a Kynlos XIII. Proditum est memoriae hunc fuisse ex claustro a Deir selectum, ut praesset Monasterio a Kynlos: quamvis non probe sciatur quotus fuerit.⁴

Dominus Joannes Flutere, Abbas a Kynlos XVII., obiit Nonas Maii, anno Domini 1460. Sub hoc Abbate, dominus Arthurus, hujus loci monachus, electus est in Abbatem de Dier, [et] illuc profectus Monasterium decem annos rexit; deinde 1100 marcas Scoticas suo Monasterio a Dier moriens relinquit. In hujus Abbatis magistratu dejecti sunt monachi albi a Pluscardy, et nigri intronissi. Ex albis, duo excepti sunt in Kynlos, videlicet, dominus Joannes Henry, et dominus Joannes Bynes. Sed hic Bynes, cum turpiter viveret in Kynlos, postea, ab Joanne Ellem Abbate, transpositus est in Deir: ubi et plenus annis diem clausit extremum.⁵

Illud multo laboriosius quod in dominum Joannem Inness, Abbatem Monasterii a Deire, factum est. Est in Buthquhania, apud ecclesiam ab Ellone, villa quam suo nomine Fehile vocant; illius villae decimas, suas esse contendebat Abbas a Deire; in adversam sententiam Thomas Chrys-

¹ [Edinburgi, 1839, 4to.] ² [P. 24.] ³ [P. 26.] ⁴ [P. 27.] ⁵ [P. 30.]

tallus] Abbas a Kynlos [XXII. 1499—1526.] ferebatur. In tantum lis crevit ut cognitores in concessu provinciali abbates omnes Cisterciensis instituti apud Scotiam habuerit, idque Edinburgi, in fratrum praedicatorum monasterio. Deinceps, in loco iudicis praesulis Aberdoniam intractum est negotium. Victus duabus, (quas vocant,) sententiis definitivis Abbas a Deire superiori suo Abbati a Kynlos facile cessit. Hinc crevit annuus in Kynlos, (ut referunt illius loci oeconomi,) census quadraginta solidis Scotiis.¹

Usus est [Thomas Chrystallus abbas] praeterea sui ordinis autoritate summa, ad visitationem, (quam vocant,) per universam Scotiae provinciam. Atque ex officio, saepiuscule Monasteria a Deire et Culross in suis ceremoniis collapsa, restituit.²

Litera Willelmi de Fedreth.³ (circa A. D. 1300.)

Pateat uniuersis per presentes me · Willelmum de Fedreth · filium et heredem quondam Domini Magni de Fedreth militis · teneri firmiter et fideliter obligari · et per presentes obligo me et heredes meos omnibus temporibus futuris · venerabili in Christo patri · Michaeli Abbati de Dere · et eiusdem loci conuentui · et eorum successoribus · in seruicio consilio et auxilio et manutenencia tocies quociens requisiti fuerimus in omnibus suis causis et materiis peragendis · pro eorum gratitudinibus graciaram actionibus et aliis benemeritis michi multipliciter impensis · Et precertim pro terris suis de Auchrathy maiori cum pertinenciis / quasquidem terras cum pertinenciis fateor me tenere in superioritate tanquam de dominis meis superioribus / prout in carta eorum michi facta plenius continetur · Ego uero prefatus Willelmus et heredes mei uel assignati reddentes duas marcas sterlingorum dictis Abbati et conuentui et eorum successoribus ad duos anni terminos usuales · uidelicet · Pentecostes et Sancti Martini in yeme · per equales porciones per manus ministrorum suorum eis libere sine aliquo refinemento mei heredum meorum aut assignatorum quorumcunque · cum communi secta curie sicut alias ad capitalia placita eorum · Insuper ego prefatus Willelmus fidem bonam et conscientiam recognoscens / pro me et heredibus meis / fateor me nullum jus habere in parte parce de Badorosky ex parte aquilon-

¹ [P. 69.]

² [P. 79.]

³ [From a copy in Hutton's Monastic Collections, vol. ix., MS. Advocates' Library.]

ali riuuli infra parcam eiusdem loci decurrentis / licet dictus Magnus pater meus ex quorundam suggestione motus in dicta parte predictae parce credebat se habere aliquando ius . Renuncio pro me et heredibus meis imperpetuum dietis religiosi quiete clamando omne ius meum quod habui uel habere potui ad dictam partem parce . In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum est appensum . Hiis testibus . Rogero de Fedreth . Jordano Cumyn . Domino Johanne Mygele . et multis aliis .

For sending out of fourtie hagbutteris to Deir.¹ (A. D. 1590.)

Curia balliuorum burgi de Aberdene tenta in pretorio eiusdem decimo quarto die mensis Octobris 1590 per honorabiles viros Alexandrum Cullen prepositum Magistrum Robertum Paip Dauidem Andersone et Georgium Strathachyn balliuos

The said day the haill toun being lauchtfullie warnit to this day baytht frie and onfrie be the hand bell passing throw the haill rewis and streittis off the toun / quhairvpon the bearer mad faytht / and comperand for the maist pairt representand the haill bodye of the toun . It was exponit to thame be Alexander Cullen prouest that his Maiestie had directit chargis and lettres charging the haill inhabitantis and his Graceis liegis within the schirefdomes of Forfar Kincardin Aberdene and Banff to pas fordward and accompany the Erll Merschall his Graceis commissioner in that pairt to Deir for recovery of the hows of Deir presentlie takin and withhaldin be Mr Robert Keytht and his complices / vnder the payne of tynsell of lyves landis and gudis as in the saidis lettres red in iudgement off the dait at Halyruidhous the xxvj day of September last bypast at mair lynth is contenit / desyring of thame to knaw gif thay wald obey his Maiesties charge thairanent or gif they wald be content to furneis out ane number for the haill inhabitantis of this burght with hagbuttis to pas with the said Erll to the effect forsaid / as the borrowis of Dundie Montrois Brechin and Forfar subiect to the said proclamatioun and charge hes done / gif the said Erll wald be thairwith content / Quha being conuenit as said is ffor obedience to the said charge thocht it maist meit and expedient that the number of fourtie suld be send furth for this burght hagbutteris furnessit be the haill inhabitantis / thrie four fyve or tua to furneis ane hagbutter as salbe

¹ [From the Reg. of the Coun. of the City of Aberd., vol. xxxiii., part i., pp. 806, 807.]

appoyntit be the discretioun of prouest and bailleis according to the habiliteis of the furneisaris / gif the said Erlr Merschall commissioner to his Maistie willbe thairuith content / rather nor the hail inhabitantis of this burght to pas forwardt -

The relacioun of a wonderfull vission.¹ (*written between A. D. 1649. and A. D. 1660.*)

This was a fearfull presaiage of the fatall punishment which did hing over the head of that noble familie [of the Earl Marischal of Scotland], fortold by a terrible vission to his grandmother, efter the sacraleidgious annexing of the Abacie of Deir to the house of Marshall: which I think not unworthie the remembrance, wer it bot to adwyce other noble men therby to bewar of meddling with the rents of the church; for, in the first fundation therof, they were given out with a curse pronounced in ther charector, or evident of the first erectione, in those termes, *Cursed be those that taketh this away from the holy use wherwnto it is now dedicat.* And I wish, from my heart, that this curse follow not this ancient and noble familie, who hath, to ther praise and never dieing honor, conteinued ther greatnes, maintained ther honor, and both piously and constantly hes followed forth the way of vertue, from that tym that the valoure, worth, and happie fortoun of ther first predecessore planted them, and ever since the currage of his heart, strenth of his arme, and love of his contry, made him happily to resist the cruell Danes in that famous field of [Barye], wher he gained to his nation a nottable victorie, to his contry a following peace, and to his posteritie both riches and dignitie, by that noble and high preferment to be Marishell of the wholl kingdom.

George Earle Marshall, a learned, wyse, and upright good man, got the Abacie of Deir, in recompence, from James the Sixt, for the honorable charge he did bear in that ambassage he had into Denmerk, and the wyse and worthie account he gave of it at his returne, by the conclusion of that matche, wherof the Royall stock of Brittaines monarchie is descended.

This Earle George his first wyfe, dochter to the Lord Hom, and grandmother to this present Earle, being a woman both of a high spirit and of a tender conscience, forbids her husband to leave such a consuming

¹ [From "A Short Abridgement of Brittaines Distemper, from the yeare of God 1639 to 1649." By Patrick Gordon, brother to Sir Alexander Gordon of Clunie. MS.]

moth in his house, as was the sacraledgeous medling with the Abisie of Deir. But fourteen scoir chalderes of meill and beir, was a sore tentatione; and he could not weell indure the randering back of such a morsell. Vpon his absolut refusall of her demand, she had this vission. The night following, in her sleepe, she saw a great number of religious men, in their habit, com forth of that Abbey, to the stronge Craige of Dunnoture, which is the principall residence of that familie. She saw them also sett themselves round about the rock, to gett it down and demolishe it, having no instruments, nor toilles, wherwith to perform this work, but only penknyves; wherwith they follishly, (as it seemed to her,) begane to pyk at the Craige. She smyled to sie them intend so frutes ane interpryse; and went to call her husband, to scuffe and geyre them out of it. When she had fund him, and brought him to sie these sillie religious monckes at ther foolishe work, behold! the wholl Craige, with all his stronge and statly buildinges, was by ther pyknnyves wndermynded and fallen in the sea, so as ther remained nothing but the wrack of ther riche furnitoure and stufe, flotting on the waves of a raging and tempestous sea. Som of the wyser sort, divining wpon this vission, attribute to the penknyves, the lenth of time befor this should com to pass; and it hath bein observed, by sundrie, that the Earles of that house, befor, wer the richest in the kingdom, having treasure in store besyde them; but, ever since the addition of this so great a revenue, they have losed ther stock by heave burdeines of debt and ingagment.¹]

THE PRIORY OF FYVIE.

Fyvie, lying on the brink of Ythan, in Fyvie parish, hard by the parish church, was founded, by King William the Lyon, for Benedictins, after the model of Tours, like those of Aberbrothock Abbey, to which this cell belonged.

The church of this priory was dedicated to the Virgin Mary :

¹ [Of the ancient and noble house of The Marischal, Mr. Riddell has remarked that "after existing for several centuries in the male line, not only talented, and distinguished, but retaining even latterly, a considerable portion of their once extensive estates,—besides having the exclusive honour of founding a University,—this powerful family, like that of Winton, fell [in 1715] at one blow, under circumstances that did not call for so severe a retribution, and must ever awaken our sympathy, and commiseration." Remarks upon Scotch Peerage Law, p. 120. Edinb. 1833. 8vo.]

and all that can now be traced of the whole building, is the churchyard.¹

Carta Reginaldi le Chen de terra de Ardlogy .² (A. D. 1285.)

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis [*etc.*] Reginaldus le Chen pater .
 Salutem eternam in Domino . Noueritis me pro salute anime mee et anima-
 rum antecessorum et successorum meorum / dedisse [*etc.*] Deo et ecclesie
 Sancti Thome Martiris de Abirbrothoc . et monachis dicti monasterii in
 domo religiosa constructa in terra de Ardlogy prope ecclesiam Sancti Petri
 de Fyvyn commorantibus . ac ibidem Deo seruientibus et in posterum ser-
 uituris . totam terram meam de Ardlogy et de Leuchendy cum pertinenciis
 [*etc.*] in puram et perpetuam elemosinam . Tenendam et habendam dictis
 religiosis et successoribus suis de me et heredibus meis / adeo libere . [*etc.*]
 Et si contingat quod absit me vel heredes meos vel aliquem heredum
 meorum contra premissa . in toto vel in parte de facto vel de iure . venire /
 Volo et concedo pro me et heredibus meis quod Episcopi Abirdonensis et
 Sancti Andree et eorum officiales qui pro tempore fuerint vel eorundem
 Episcoporum vel officialium alter possint vel possit me et heredes meos ad
 obseruacionem omnium et singulorum premissorum per censuram ecclesias-
 ticam sine strepitu iudiciali compellere et coherere . Et vt ista donacio
 mea stabilis et rata permaneat sigillum meum . et sigillum Domini Reginaldi
 le Chen filii mei et heredis . presentibus sunt appensa . ac ad maiorem rei
 euidentiam et cautelam sigilla venerabilium patrum Dominorum Abirdonen-
 sis et Sancti Andree Episcoporum eisdem presentibus apponi procurauit .
 Datum apud Abirden . die Jouis in Festo Sancti Luce Euangeliste . Anno
 graciae . m^o . cc^o . octogesimo quinto .

¹ [“ Near the church, on the banks of the Ithan, are the ruins of a Priory. From the appearance of the foundations, which were extant some years ago, it should seem to have been three sides of a court, the middle of which was the church, and the two sides the cells and offices of the monks.” *Statistical Account of Scotland*, vol. ix., p. 463. Edinb. 1793.]

“ The site of the Priory was on the north bank of the Ythan, about a mile below the castle ; and the outline of a part of it, said to have been the chapel, is still distinguishable on the crest of a gentle eminence, about one hundred and fifty yards north-east of the present bridge of Lewes.” *New Statistical Account of Scotland*, part xxviii., p. 326. Edinb. 1840. 8vo.]

² [From the *Registrum Vetus Cenobii de Aberbrothoc*, MS. Advocates' Library.]

Ordinacio Henrici Episcopi Abirdonensis super Vicaria de Fyvyn .¹
(A. D. 1285.)

Omnibus sancte matris filiis [*etc.*] Henricus permissione diuina Abirdonensis ecclesie minister humilis . Salutem in Domino sempiternam . Noueritis vniuersi . quod cum vicaria ecclesie de Fyvyn vacaret per resignationem Domini Ferchardi eiusdem ecclesie vicarii . nos vnanimi et communi consilio et assensu totius capituli nostri / ad instanciam religiosorum virorum Abbatis et conuentus de Abirbrothoc ad quos presentacio huiusmodi vicarie hactenus de iure et consuetudine spectabat . de predicta vicaria in forma que sequitur ad diuinum cultum ampliandum ordinasse ac ipsam ordinationem auctoritate nostra ordinaria confirmasse . videlicet . Quod viri religiosi de Abirbrothoc ordinis Sancti Benedicti Sancti Andree diocesis . in domo religiosa in terra de Ardlogy iuxta ecclesiam Sancti Petri de Fyvyn constructa perpetuo Deo seruientes et seruituri / quam nobilis vir Reginaldus le Chen pater fundauit . in honore Domini Jesu Christi . et Beate Marie Virginis . et Omnium Sanctorum . ac pro salute anime sue antecessorum et successorum suorum . habeant et possideant redditus et prouentus vniuersos predictae vicarie de Fyvyn / in vsus proprios conuertendos cum omnibus iuribus oblationibus et obuencionibus ad dictam vicariam pertinentibus . Et ne predicta ecclesia Sancti Petri de Fyvyn suis debitis et consuetis defraudetur obsequiis / volumus et ordinamus . quod ibidem sit vnus capellanus perpetuus qui parochiam die noctuque cum necesse fuerit circumeat ac parochianis sacramenta ecclesiastica ministret . Quiquidem capellanus per religiosos ibidem cominorantes Episcopo qui pro tempore fuerit presentatus . ac per eundem admissus . de manu eiusdem curam animarum suscipiat ac eidem de spiritualibus respondeat . Et per manus religiosorum in dicta domo commorancium singulis annis centum solidos percipiet quibus sit contentus eo quod nullum onus ordinarium seu extraordinarium sustinebit . Et quia in dubium reuocamus vtrum predictus capellanus ad predicta onera implenda per se sufficiat necne . volumus et ordinamus quod predicti religiosi alium ibidem inueniant capellanum in premissis et quolibet premissorum capellanum antedictum coadiuuantem . et ad hec predicti religiosi omnia onera ordinaria et extraordinaria que ad dictam vicariam pertinent in perpetuum sustinebunt . Et ut hec omnia et singula supradicta rata et firma in perpetuum remaneant sigillum nostrum . vnacum sigillo capituli

¹ [From the Registrum Vetus Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

nostri . et cum communi sigillo Abbatis et conuentus de Abirbrothoc . presentibus est appensum . Datum apud Abirden . In Festo Sancti Luce Euangiliste . anno gracie . m^o . cc^o . octogesimo Quinto .

Littera ordinandi Custodem Domus de Fywy . ¹ (A. D. 1323.)

Venerabili patri in Christo ac domino . Domino Henrico Dei gracia Episcopo Aberdonensi . Frater Bernardus eiusdem permissione Abbas de Abirbrothoc . Obedienciam et honorem cum salute perhenni . Paternitati vestre notum facimus per presentes . Quod nos de consilio et expresso consensu conuentus nostri commisimus curam et custodiam Domus nostri de Fyvin vestre diocesis . quatinus ad nos in spiritualibus et temporalibus spectare dinoscitur . dilecto socio et commonacho nostro . Domino Albertino . exhibitori presencium litterarum . dominacionem vestram deuotis precibus exorantes quatinus eidem in omnibus dictam curam et custodiam tangentibus exhibere velitis consilium graciā et fauorem . Valete . Datum apud Abirbrothoc . in Festo Sancti Martini Episcopi . Anno gracie . millesimo . ccc^o . vicesimo tercio .

Littera Custodie Domus de Fywyn . ² (A. D. 1323.)

Vniuersis Christi fidelibus ad quorum noticiam presentes littere peruenerint . Frater Bernardus permissione diuina Abbas de Abirbrothoc . Salutem in Domino sempiternam . Vniuersitati vestre notum facimus per presentes quod nos [*etc.*] concessimus curam et custodiam Domus nostre de Fyvyn Aberdonensis diocesis . [*etc.*] dilecto socio et commonacho nostro . Domino Albertino . exhibitori presencium litterarum . Quare mandamus omnibus parochianis nostris . et omnibus aliis quorum interest . quatinus dicto Albertino tanquam Custodi diete Domus sint intendentes et respondentes . consulentes et auxiliantes precibus vestris et amore . In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum officii nostri fecimus apponi . Datum apud Aberbrothoc . Die Veneris in Festo Sancti Martini in hyeme . Anno gracie . millesimo . ccc . xxiii^o .

Executio breuis Domini Regis super terris de Ardlogy . ³ (A. D. 1325.)

Omnibus has litteras uisuris uel audituris Johannes Drymmyngis uicecomes

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS. Advocates' Library.]

² [From the same.]

³ [From the Registrum Vetus Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

de Abyrdeyn / ac locumtenens nobilis uiri Domini Alexandri Fraser camerarii Scocie . Salutem in Domino sempiternam . Noueritis nos die Lune proxima post Festum Sancti Bartholomei Apostoli . anno gracie . millesimo . tricesimo . uicesimo quinto . super moram iuxta parcum de Fywyn . recepisse breue Domini nostri Regis super diuisis terre de Ardlogy / que est religiosorum uirorum Abbatis et conuentus de Abyrbrothoc / et parci Domini nostri Regis . in hec verba . ROBERTUS Dei gracia Rex Scottorum . Alexandro Fraser militi camerario suo dilecto et fideli seu cuiunque uel quibuscunque locum suum tenente uel tenentibus . Salutem . Mandamus nobis et firmiter precipimus quatinus per probos et fideles ac antiquiores homines patrie / et per quos rei ueritas melius sciri poterit / recognosci faciatis rectas metas et diuisas inter terram de Ardlogi . que est Abbatis et conuentus de Abyrbrothoc infra uicecomitatum de Abyrden / ex parte una . et parcum nostrum de Fywyn / ex parte altera . Et si burgenses nostri burgi de Fywyn habent aliquem statum / seu habere consueuerunt tempore bone memorie Alexandri Regis Scocie ultimo defuncti / infra petariam de Ardlogy que adiacet parco nostro predicto . et si statum habuerunt utrum ex iure et debito uel ex gracia et sufferencia monachorum . Et sicut dicte diuise iuste et secundum assisam terre recognite fuerint coram uobis / ita eas de cetero firmiter faciatis obseruari . saluo iure burgensium nostrorum predictorum si quod recognitum fuerit coram uobis per dictam assisam . Teste meipso apud Abyrbrothoc . tercio die Augusti . anno regni nostri Uicesimo . Cuius breuis execucio talis est . RECOGNICIO facta apud parcum de Fywyn . die Lune proxima post Festum Sancti Bartholomei Apostoli . Anno gracie . millesimo . tricesimo . uicesimo quinto . super diuisis terre de Ardlogy que est Abbatis et conuentus de Abyrbrothoc / ex parte una . et parcum de Fywyn que est Domini nostri Regis / ex parte altera . In presencia uenerabilium patrum Dominorum Abbatum de Klyvynnyne et de Deyr . nobilis uiri Domini Jacobi de Garuiach militis . discretorum uirorum Magistrorum Valdeui Story officialis curie Abirdonensis . Reginaldi Coners . Andree de Garuiach canoniconum eiusdem ecclesie Abirdonensis . Magistri Andree Gallsych rectoris ecclesie de Slanys . ac multorum aliorum nobilium ibidem existentium . per tales iuratos subscriptos . uidelicet . Phillippum de Meldrum . Reginaldum filium Alani . Reginaldum de Vthach . Adam filium Adami . Jacobum de Culletnachi . Adam Turin . Hugonem de Lethindy . Reginaldum filium Valdeui . Ferchardum filium Durdany . Matheum Parker . Jacobum Red . Rogerum filium Hugonis . Thomam Procuratorem . Willelmum filium Alani . Rogerum

Magni · Johannem filium Michaelis · Willelmum Mykellis · Ferchardum filium Duncanii · Andream filium Valteri · Duncanum filium Tyoks · Johannem Deuokis · et Valdeum Youngis · Qui iurati dicunt quod uirtute sacramenti sui bene et fideliter ambulauerunt rectas metas et diuisas inter dimidiam dauatam terre parci et terram de Ardlogy · Incipiendo ad inferiorem finem de le Modirsech qui uocatur Grennyss · et sic ambulando et signa ponendo inter petariam de Ardlogy et petariam pertinentem ad parcum · quousque peruenerunt apud le Stanyfurd · Item predicti iurati dicunt quod burgenses de Fywyn nullum statum habent nec habere conueuerunt in petaria de Ardlogy nisi ex sufferencia monachorum · sed in tempore Domini Reginaldi le Chen · dederunt denarium et pro quolibet plaustratu petarum unum quadrantem · In quorum omnium testimonium sigillum nostrum · una cum sigillis dictorum Abbatum militis et clericorum · presentibus est appensum · Datum · die · et loco · et Anno supradictis ·

De disciplina regulari seruanda per Custodem Domus de Fywyn.¹
(A. D. 1325.)

Frater Bernardus permissione diuina Abbas de Abirbrothoc · dilecto socio suo · Domino Albertino · custodi domus de Fywyn · Salutem cum benedictione paterna · Ne custodia discipline regularis apud te et socios nostros / qui tecum commorantur / corrumpatur aut pereat · tibi precipimus et mandamus in uirtute sancte obediencie · quod tribus diebus per septimanas singulas · uidelicet · diebus Lune · Mercurii · et Veneris · cum consociis tuis infra capellam capelle capitulum regulariter teneas et sociorum tuorum excessus ordinate corrigas et reformes · cultum diuinum Dominicis diebus et festiuis prout qualitas exigit cum nota iuxta posse solempniter exequaris · ieiunia quoque indicta iuxta regulam et canonica instituta precipue facias obseruari / nisi infirmitas cui non est imposita lex obsistat · Et si quis sociorum ebriosus · clamosus · uerbosus · inuentus fuerit / et tibi rebellis et inobediens fuerit / ipsum primo uerbo salutis si poteris emendes · alioquin per silentium et ieiunium panis et aque in loco secreto extra accessum secularium castigari procures · qui si sic emendatus non fuerit ipsum ad Monasterium nostrum predictum transmittatis unacum causis delictorum pro quibus fuerit sic mittendus · Et ut hec omnia liberius exe-

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

quaris auctoritatem nostram per has litteras nostras patentes tibi committimus in hac parte · Datum apud Abirbrothoc · die Lune in Festo Sancti Martini in hyeme · anno gracie · millesimo · ccc^o · xxx^o

Litera ordinandi Custodem de Fywy per Abbatem ·¹ (A. D. 1361.)

Willelmus permissione diuina Abbas Monasterii de Abbirbrothoc dilecto socio et commonacho nostro · Domino Johanni Sewir · Salutem cum benedictione paterna · Meminisse debetis karissime quod in Festo Purificacionis Beate Marie Virginis vltimo iam translato · in capitulo nostro apud Abbirbrothoc · vos a cura et custodia domus nostre de Fywyn relaxauimus / et Dominum Patricium de Firmatorio fecimus dicti loci Custodem · Quare vobis mandamus et precipimus quatenus dicto Domino Patricio vniuersa et singula bona dicti loci visis hiis litteris plenarie liberetis · facta inter ipsum et vos indentura quadam sigillo suo et vestro altrinsecus consignata · et sicut sigillo Episcopi eciam si velitis / prout cum essetis apud nos velle facere vos dixistis · Et hoc facto quam celerius poteritis ad nos apud Monasterium professionis vestre personaliter accedatis · Datum patenter sub sigillo nostro · Apud Abbirbrothoc · die Martis in Festo Sancti Petri in Cathedra · anno gracie · millesimo · trecentesimo · sexagesimo Primo ·

Custodia Prioratus de Fywy concessa sub sigillo communi ·¹ (A. D. 1450.)

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quorum noticiam presentes litere peruenerint / Ricardus permissione diuina Abbas Monasterij Sancti Thome Martyris de Aberbrothoc et eiusdem loci conuentus ordinis Sancti Benedicti Sancti Andree diocesis / eternam in Domino Salutem · Noueritis vniuersitas vestra nos vnanimi consensu et assensu capituli nostri collegialiter congregati matura deliberacione prehabita / concessisse commississe et hoc presenti scripto assignasse religioso viro · Domino Malcolmio Brlly · commonacho nostro · capellam de Fywy Aberdonensis diocesis nunc destitutam per demissionem siue resignacionem commonachi nostri · Domini Johannis de Sancto Andree vltimi administratoris eiusdem · cum omnibus redditibus fructibus prouentibus et iustis pertinenciis pro tempore quoad vixerit dictus Dominus Malcolmus / in vsus proprios et reformacionem dicte capelle conuertendis / super quibus conscienciam suam oneramus · pacifice et quiete sic quod debite et honorifice predicte capelle in diuinis adminis-

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

retur imperpetuum . In cuius rei testimonium sigillum commune capituli nostri est appensum . apud nostrum Monasterium . vicesimo quinto . die mensis Marcij . anno Domini . millesimo . cccc^o . quinquagesimo .

Assedacio annuorum reddituum communitati pertinencium Domino Malcolmo Bridy Priori de Fyve.¹ (A. D. 1454.)

Vniuersis pateat per presentes nos Ricardum permissione diuina Abbatem monasterii Sancti Thome Martiris de Aberbrothoc / et eiusdem loci conuentum / in domo capitulari eiusdem capitulariter congregatos . cum communi consensu et assensu dictorum Abbatis et conuentus / laboribus vexacionibus periculis corporalibus et expensis consideratis et pensatis quos et quas venerabilis pater noster . Dominus Malcomus Bridy / Prior de Fyve . pro libertate utilitate honore commodo et recuperacione quorundam annuorum reddituum et certarum terrarum nobis et monasterio nostro antedicto de iure pertinencium / sustinet aut verisimiliter in futurum sustinebit / Predictos annuos redditus ac terras predictas prefato Malcolmo confratri nostro pro eorundem recuperacione et reductione ad monasterium nostrum antedictum quoad viveret libere concedimus et donamus . Ita tamen quod post decessum prefati Malcomi prefati annui redditus et terre ad magistrum de communi dicti monasterii in communi distribuendi absque quacunque contradicione obstaculo vel demanda libere reuertantur . Quorum annuorum reddituum et terrarum nomina inferius subsequuntur . Inprimis xij denarios de Dune . Item in villa de Montros ij solidos . Item in le Xnox xij solidos et iij den . Item in villa de Berwy vj solidos et viij den . Item in villa de Colle iij sol . Item in villa de Aberden xvij sol . Item in villa de Kyncaldrum in Mernyss ij sol . Item in villa de Auchneve vj solidos et viij den . Item de Montbrey et Gamery ij solidos et iij den . Item de Vicaria de Tarwas quinque libras vj solidos et xvij den . Item de terra ecclesiastica de Aberkirder quinque libras quam tenet Vicarius eiusdem . Item in villa de Colane xx den . Item in villa de Bauf ij sol . Item in Kyntor ii sol . Item in Elgyn ij sol . Item de Forres et Narn iij sol . Item decimalia alleca de Inuernes . Item decimam molendinorum eiusdem ville . Item xl solidos de rotulo Paschali ville prediete . Item terram de Bouch . Item xij solidos et iij denarios de terra de Ardlach in le Gariawel .

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

Item annuum nostrum de Vres in le Merinyss · Item de Ffothneve xiiij solidos et iiij den · Item de Park de Kelly vj solidos et viij denarios · Ac omnes alios annuos redditus nobis et monasterio nostro pertinentes ac de iure debitos in partibus ultra Montanis vbicunque consistentes / preter annuos redditus de Banchory Devyne · et de Scottston · et Forglen · et Innerbundy / Reddendo inde annuatim dictus Dominus Malcomus magistro de communi monasterij antedicti qui pro tempore fuerit xxij solidos duodecim ciphos Anglicanos · et decem petras casei sine obstaculo et demanda quibuscunque · In cuius rei testimonium sigillum commune capituli nostri presentibus est appensum Apud monasterium nostrum antedictum · octauo die mensis Marcij · anno Domini · millesimo · cccc^o · Quinquagesimo Tercio ·

KINNETHMONT.

'Tis reported ther was a cell here, (where now Leithall stands,) which was burnt down at the Reformation by one of the Leslies of Balquhain. And perhaps this is that provostry of Killsmont mentioned by Dr. M'Kenzie, (among the Scottish religious houses.) in the appendix to his second volume.

CONVENTS AT ABERDEEN.

FRANCISCANS, OR GREY FRYARS.

The old conventual church being pulled down, there was a new one built by Bishop Gavin Dunbar, and dedicated to the Virgin Mary.

The buildings of this Friery having been given at the Reformation to the town of Aberdeen, they were, by them, bestowed on Mareschal College; and the conventual church is still called the College Church.

Thomas Grey, last Prior here, died at Roan, A.D. M.DC.XVI. aged one hundred and thirty-seven years.*

* T. Dempsteri Historia Ecclesiastica [Gent. Scot., t. i., p. 324: "THOMAS GRAIUS, Aberdonensis, matre Eliza Dempstera ex familia Mureskia, nobili loco natus, vir sacris literis et philosophicis instructissimus, ab ineunte aetate D. Francisci familiam ingressus, Aber-

IN A. D. M.D.LIX., John Patrick, a Banf man, and Franciscan at Aberdeen, fled over into the Netherlands, with eighty more of his order, and wrote some books on that occasion. *

DOMINICANS, PREDICANTS, OR BLACK FRYARS.

Their convent was where now the grammar school of Aberdeen stands, and was given them by King Alexander II., having formerly been his own palace.

The Earl Marischal's family was buried in their church here; and so, it is likely, were benefactors to it.

At the Reformation it was given to that family, which, very soon after, sold it to Anderson of Finzeach.

John Adam, or Adamson, the first who took the degree of doctor in divinity in The King's College, a very eminent man, was Prior here, during the government of Bishop Elphinstone, and during that of Bishop Dunbar. Being provincial of his order, he

donensi coenobio praeftit, tum cum religio Catholica, prohi nefas! e Scotia eliminaretur, et haereticorum furori viriliter restitit scribendo, docendo, disputando, egregiam causae piae navaturus operam. Scripsit ‘Admonitiones ad Novatores, lib. i. : In universam Aristotelis Philosophiam, lib. i. : Concordiam D. Thomae et Scoti, lib. i. : Epistolas ad Cives suos, lib. i.’ Quae audio omnia in lucem emitti: ipse certe sedulo aute obitum correxist singula, ac disposuit: ‘In Libros Sententiarum, lib. iv.’ Obiit Rothomagi, anno MDCXVI. aetatis suae an. CXXXVII., vivae adhuc memoria, ac stomacho habili, nec visu inefficaci, nulla corporis parte nisi pedibus, in tanto senio debilitatus.” See D. Camerarii De Scotorum Fortitudine, p. 201; G. Conaei De Duplici Statu Religionis apud Scotos, p. 172.]

* T. Dempsteri Historia Ecclesiastica [Gent. Scot., t. ii., p. 539: “JO. PATRICIUS, Banfiensis, Seraphico ordini se totum mancipavit Aberdoniae, post legitimos in bonis artibus titulos, maximamque nominis existimationem, pietatis praecordia certissima habiturus. ‘Optime de Francisc. relig. meritus,’ ait Franc. Gonzaga, part. iii. de Orig. Seraph. Relig. pag. DCCCXLVIII. ‘cum LXXX. fratribus sacerdotibus ex Scotia in Belgium trajecit, et pro constante fidei confessione spontaneum exilium passus,’ violatae majorum pietati eximium testimonium perhibuit. Scripsit ‘Sermones ad Fratres de Patientia Evangelica, lib. i.’ MS. ut audio, Audomari et Tornaci; ‘Summarium Legis divinae, lib. i. : Contra Haereses nascentes, lib. i. : Acta Disputationis suae, lib. i. : De Missae Sacrificio, lib. i.’ Exulavit anno M D L I X. cum primum in ecclesias furens haeresis involavit: ubi obierit, non deprehendi.”]

reformed it, after it was very much decayed.* I have seen a charter of this Prior, dated A. D. M.D.III., which he and thirteen more of the convent do sign; it has also the seal of the convent appended, which seems to be the figure of their patron saint.

Sir John Wight, the last Prior here, was, after the Reformation, entertained in the house of the abovenamed Anderson of Finzeach, who had bought, as they are called, The Fryar Crofts. But the son of this Anderson proving an idiot, his sisters, to make an attonement for the sacrilege of their father, mortgaged out of those crofts five hundred marks yearly, for twelve orphans, to be bred at Aberdeen.

John Blak, a Dominican, after he had made a good figure at Aberdeen, both by his piety and learning, being dragged to Edinburgh, after a dispute with Willox, (wherein that preacher was worsted,) was stoned in the streets by the rabble, the fifteenth of December, or, as others say, the seventh of January. † . . .

* H. Boetii Vitae Episcoporum Abredonensium, in Gulielmo Elphinstono. [ff. xxviii., xxix. See also, as to this learned and pious monk, H. Boetii Scot. Hist., lib. xiii., f. 284; Mylni Vitae Episcoporum Dunkeldensium, p. 55. Edinb. 1831. 4to.; J. Ferrerii Hist. Abbat. de Kyulos. p. 80; T. Dempsteri Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, t. i. p. 37; t. ii., p. 343.]

† Camerarii [De Scotorvm Fortitvdine, p. 202: "Decembris 15 die. Beatus Joannes Blak, ex praeclaro ordine Sancti Dominici, postquam Aberdoniae plurima pietatis et doctrinae argumenta exhibuisset, raptus Edinburgum, haereticos omnes, et in his apostatam Willoxium superavit, confudit: ad ultimum, ab iisdem raptus in publicam plateam, lapidibus obrutus, gloriosus vitae finem sortitus est. Alii eius diem festum reponunt ad septimum Januarii."

"FR. JO. BLAK, Dominici instituti socius, ut existimo, Aberdoniae monachum induit, praeclarus Christi miles, ac invictus religionis Catholicae pancratiasta, irrepenti in Scotiam haeresi viriliter obstitit, concionibus faecundissimae eruditus populum diu in fide retinuit, ac tandem satagentibus Sathanae ministris, quam vivens pietatis integritatem professus erat, moriens Edinburgi sanguine fuso confirmavit. 'Orthodoxae veritatis propugnator strenuissimus, intima eruditione praeditus,' inquit Leslaeus. Scripsit, 'Libros de reali Praesentia Corporis Christi in Sacramento Altaris, lib. i.; Acta Colloquii sui cum Willoxio synnista suo, lib. i.; Conciones doctissime pias, lib. i.; Monitorium ad Apostatas, lib. i.' Passus est martyrium die VII. Januarii, anno M D LXXI. De ejus constante professione Jo. Leslaeus, lib. x., pag. DLXXVII." T. Dempsteri Hist. Eccles. Gentis Scot., t. i., p. 85. See G. Conaei De Dyplici Statv Religionis apvd Scotos, p. 133; Sir James Balfour's Annales, vol. i., p. 325. Edinb. 1824. 8vo.; Wodrow's Biog. Collect., vol. i., p. 110.]

CARMELITES, OR WHITE FRYARS.

Their convent, or church, (dedicated to Saint John,) stood at the end of the Green, (where now the barn of one Gelly a maltster is,) and must have been founded at least some time in the thirteenth age; for, about the year M.CCC., King Edward I. of England, among the learned men he carried to Oxford out of Scotland, took four doctors in divinity out of this convent.* These doctors may possibly have got their degree in Balliol College, ther being then no other Scotch College either at home or abroad.¹

TEMPLARS, OR RED FRYARS.

Their convent and church stood on the northwest corner of The Castlegait, where now one Scot a shipmasters house is.

TRINITY FRIARS.

This convent having been formerly King William's palace, built by him A.D. M.C.LXXXI., was given by that prince,* A.D. M.CC.XI., to the two first fryars of this order who came into Scotland, being sent hither by Pope Innocent III., who had confirmed that institution this year.

* H. Boetii Scot. Hist., lib. xiv., f. 298. [See also T. Dempsteri Hist. Ecclesiast. Gentis Scotorum, t. i., p. 107.]

¹ [“Richardus Oliphantus, nobilissimo loco ortus, Carmelitanae societatis gravissimus theologus, in Patavino lyceo diu magna felicissimi ingenii laude medicinae dedit operam: sed certiora cogitans immaculatae Virgini se addixit, et domum redux Aberdoniae monachum induit; tum Roniam ob res sui ordinis vocatus, ex itinere morbo Ticini decubuit, e quo recreatus, sacram theologiam primus ordinis sui in eadem academia coepit profiteri, ingentique concursu auditus est. Scripsit ‘Lecturas scholasticas, lib. i.; Commentarios sacros, lib. i.’ et alia. Florebat, anno MCCC.LXIII, ut ex vita primo operi praefixa constat.” T. Dempsteri Hist. Ecclesiast. Gentis Scotorum, t. ii., p. 512*]

* Boetii Scot. Hist., [f. 279 b.]

A. D. M.D.LIX., Francis, one of the fryars here, while the monastery was a burning, was at first stabbed by the rabble, then thrown down stairs, and, at last barbarously burnt, on the eighth of December.* Camerarius, who calls the convent here *monasterium suum*, which, he says, he was going to defend, seems to intimate that he was Prior of it.

The conventual church here, called the Trinity Church, doth yet stand, and what was the convent is now the Trades' Hospital.

* T. Dempsteri *Historia Ecclesiastica* [Gent. Scot., t. i., p. 289: "MARTYR FRANCISCUS, monachus SS. Trinitatis pro Redemptione Captivorum: cum haeretici Aberdonenses in monasterium suum furioso incendio debaccharentur, cum vellet salutis admonere, primo visceribus transfixis, deinde per gradus corpore praecipitato, ad ultimum in ignem multis confossum vulneribus iniecerunt; et sic innocens vir sanctus, eversae eliminataeque pietatis testis verius quam vindex, vitam veritati reddidit, meliorem cum ea commutaturus. Gilbertus Brunus. Passus est anno M D LIX."] Camerarii De *Scotorum Fortitudine*, ad Decemb. viiii. [p. 201. "Dec. 4. et alij 8. die. Beatus Franciscus ordinis Sanctae Trinitatis monachus, haereticis irreuerentur et nefarie in monasterium suum Aberdonense irruentibus obstare cupiens, vulneratus, per scalas detractus, donec eliso cerebro animam coelo reddidit."

"PATRICIUS, SS. Trinitatis monachus, natus Dornae in Sutherlandia, monasterii Aberdonensis superior, cum sectarii omnia temerarent, jamque ipsum coenobium, ferro flammaque saevituri, demoliri apparerent, concionaturus obviam processit; sed illi qui Deum contempserant, ipsumque verum cultum aboleverant, nequaquam sacerdotibus parcere decreverant, verum cum scalis praecipitatum, eliso cerebro, interemerunt. Necabatur anno M D LIX." T. Dempsteri *Hist. Ecclesiast. Gent. Scot.*, t. ii., p. 538.

"GEORGIUS INNES, clarissimo sanguine ac innocentibus moribus, Aberdoniae monachum induit, vixitque pie et sobrie sub regula SS. Trinitatis pro Redemptione Captivorum. ordinis sui per Scotiam et Hiberniam provincialis. Scripsit 'Planetum super Terra Sancta, lib. i.; Descriptionem Hierusalem deformatae, lib. i.; De Doloribus Mariae Virginis, lib. i.; De Ordinis sui Fundatione, lib. i.' Vixit anno MCDXIV. Obiit extra patriam." *Id.*, t. ii., p. 385. Of this monk, probably the first native of Scotland raised to the dignity of a Cardinal, a brief memoir, written by the reverend Dr. John Geddes, will be found in the *Archaeologia Scotica*, vol. iii., pp. 130—133. There is a portrait of him, by a Spanish artist, in the hall of the Society of the Antiquaries of Scotland.

"EDUARDUS ROBINSON, monachus S. Trinitatis de Redemptione Captivorum, Aberdonense monasterium sancte rexit, cum bonas artes Lutetiae prius et didicisset feliciter, et docuisset laboriose. Ejus sunt 'Exceptiones Sacrae Scripturae,' MSS. in eodem coenobio, lib. i. Lugduni. Floruit anno MCCCXVII." T. Dempsteri *Hist. Ecclesiast. Gentis Scotorum*, p. 572.]

NUNS OF SAINT CATHARINE OF SIENNA, OR GRAY SISTERS.

This convent and church, (dedicated to their foundress,) stood on what is yet called Saint Catharin's Hill, and are said to have been built by The Constable of Aberdeen.

CONVENTS AT BANF.

FRANCISCANS.

Their convent stood where is an oratory lately built. Their church was dedicated to Saint John.

CARMELITES.

Their convent stood on Dovert, at Miln of Banf, in Banf parish.

Their rents were given by King James VI. to the King's College of Aberdeen ; of whom Duff of Braco now holds these lands.

COLLEGIATE CHURCHES.

The three Collegiate Churches in this diocese were those of Saint Nicholas, of Aberdeen ; Saint Mary, of Cullen ; and Saint Mary, in The King's College.

THE CHURCH OF SAINT NICHOLAS OF ABERDEEN.

Saint Nicholas Church in Aberdeen hath eighteen hundred merks yearly rent, and the seise boll, which is a boll of all grain, coal, and salt, imported to this shoar by strangers, and half a boll from townsmen. It is reckoned the finest parish church in Scotland ;¹ and having its nave divided from its choir by a stone wall,² since the

¹ [“ St. Nicolas stately structure here doth stand,

No paroch church can match't in all the land,” *etc.* Inscription “ within the old church, New Aberdeen, 1672,” in Menteith's Theater of Mortality, pp. 130, 131., edit Glasg. 1834. 12mo.]

² [See The Booke of the Universall Kirk of Scotland, p. 425. Edinb. 1839. 8vo.]

Reformation, (which before was of wood,) it is now considered as consisting of two churches; the nave, or body of the church, being called the Old Church, (for its date is not to be found,) and the choir, or chancel, (which is much later,) being called the New Church.

The nave, then, of this church is sixty-six foot wide, one hundred and seventeen foot long; and has sixteen pillars, eight on each side. It is well paved with stones, many of which being laid over graves, have inscriptions; and it is furnished with stalls of oak.

It had also thirty one altars,¹ namely, those of :

Saint Nicholas	Saint James, Apostle
The Blessed Virgin Mary; whereof the curate was chaplain	Saint Andrew, Apostle; founded by John Mar
Saint Duthac	Saint Anne
Holy Cross; called in the <i>Registrum Chartarum</i> , (where the chaplain is mentioned,) The Brown Cross in the Rood Loft	Saint Salvator; founded by the Mur- rays
Saint Michael	Saint Ninian; founded by Irvine of Drum, and so it seems in Drum's isle
Saint John, Evangelist	Holy Blood
Saint Thomas	Saint [Laurence and Saint] Ninian; founded by Meldrum of Fyvie
Saint George, martyr	The Three Kings; that is, the three wise men who came to worship our Saviour
Saint Peter; founded by William Blanchel	Saint Barbara
Saint Sebastian	Saint Eloy; who was patron of the smiths, and therefore in A.D. 1477 the hammermen here were made patrons of his altar
Saint Kateran; founded by Thomas Chambers	Saint Crispin; patron of the shoe-makers
Saint Stephen, protomartyr	
Saint Leonard	
Saint Clement	
Saint Lawrance	

¹ [See Kennedy's Annals of Aberdeen, vol. ii., pp. 13—38.]

Saint Christopher, martyr	Name of Jesus; for, in the <i>Registrum</i>
Saint Peter; founded by Thomas Blanchel	<i>Chartarum</i> , I find John Vaus de- signed chaplain of the altar of the
The Blessed Virgin Mary, founded by [William] Leith of Barnes	Name of Jesus, in Saint Nicholas church here
Saint John, Baptist; founded by the wrights and masons in this church, whose patron he was	

This church has at present six galleries, or, as we call them, here in Scotland, lofts: namely, those of the magistrates, taken out of the College church here, A. D. M.D.CC.; the College, where is the King's seat, and of old was the Rood Loft; dyers; hammermen; taylors; weavers. It has thirty-three windows; and three doors, namely, the west, or King's-door; the south, or marriage-door; and the north, or back-door.

Within it are eight hearses, and pented inscriptions from Scripture on the walls, with an iron chain hanging down from the cieling, (having a globe at the end of it,) which serves for a meridian line.

This fabrick, (being a cross church,) has also two isles; which isles are twenty foot broad, and, (taken together,) a hundred foot long.

The one is that of the Irvins' of Drum. It is leaded, and has the image and tomb of Sir Alexander Irvine of Drum, who dyed A. D. M.CCCC. Here, (as the inscription shews,) are buried Sir Alexander Irvine of Drum, Auchindore, and Forglen; and his wife Elizabeth, (daughter to Sir Robert Keith, Marischal of Scotland,) quho both dyed, A. D. M.CCCC.

The other is that of the Collisons. This has the image and tomb of Collison, provest here.

In the two wings of the church, which run parallel with the nave, are also some other old tombs: as of Alexander Chalmers of Murthill, provest of Aberdeen, quho dyed A. D. M.CCCC.XIII., as the inscription of his image here shews; that of Gilbert Menzies of

Pitfoddels, provest of Aberdeen, quho dyed A. D. M.CCCC.XXXIII. as the inscription of his image, and that of his wife, Marjory Liddel, here shews; that of John Fife, provest of Aberdeen, who dyed A. D. M.CCCC.XXXVI.; besides that of Sir Robert Davidson, provest here, killed at Harlaw, A. D. M.CCCC.XI., which is in the middle of the church, and much obscured.

The steeple, (which is a pyramide of many corners, beset with four little pinnacles,) stands on four pillars, betwixt the two isles, and has in it a great knock, and three bells. The biggest of these bells was gifted, A. D. M.CCC.LI., by William Leith, provost of Aberdeen, quho had killed one Catanoch, a bailief here, (whose cairn is near the bark-miln); and therfor, for an attonment, gave this bell to the church, and the Justice-milns to the town. This great bell, called Laurance, has this inscription:

“ En ego campana sonitv non lavdo prophana
 Lavdo Creatorem tonitrvs depello timorem
 Defvntos plango sonitv solennia pango
 Laurencius ecce vocor jvbilanti cvm moveo eor ”

This steeple, (reckoning from the ground,) is above one hundred and forty foot high. From the ground to the first globe, is one hundred and twenty-eight foot; and thence, to the top of the weather cock, is fourteen foot.

The choier is sixty-four foot wide, and eighty-one foot long; and has twelve pillars, six on each side. It is well paved, and has good stalls and desks of oak. The high altar had an ascent of four steps. The place where it stood is oval, twelve foot broad, and eighteen foot long, with **F. M. S.** on the top. This choier has, at present, eight lofts; namely, those of the grammar school; seamen, above which of old stood the organ-loft; hammermen; wrights; taylor; shoemakers; with the two new ones, that of the advocates, and that built by the master of kirk-work. It has sixteen windows, and two doors: within it are three hearses. It has also a consistory and vestry.

This choir has underneath it a chappel, dedicated to our Lady of Pity, (*Maria de Misericordia*); where a burser of the canon law, in The King's College, was always chaplain. It is now called The Pitty Vault, and the plumbers are allowed to melt their lead in it.

To give something of the history of this choir :

It was begun to be built, A. D. M.CCCC.LXXVII., by a general contribution of the Bishop, abbot and prior [of Bon-Accord], provost and other magistrates. For this end, the salmond, neat, swine, and sheep, were taxed. Thus organs, lead, three hundred and eleven stalls, and a beacon, were ordained to be provided, with two suits of gold. So they went on in the building till A. D. M.D.XXXVII., and after.

But, A. D. M.D.LX., we meet with a new order. The magistrates, being now become reformers, appoint two hundred pounds for their minister, Adam Heriot, (of whom see Spotswood,¹) with a black gown, coat, and doublet, hose and bonnet; and the Friar's crofts are ordained to be applied to the town's profit. But Gilbert Menzies and Gilbert Collison dissented.

A. D. M.D.LXII., the minister is discharged of his stipend, and the Bishop, (as parson of Saint Nicholas,) left to sustain him.

A. D. M.D.LXI., they appoint all the money collected for the silver and brass work of the church, with the caps and ornaments, to be employed for the use of the key-head, bridge of Don, and artillery of the town.

The same year, the silver and brass work, with the caps and ornaments, being, by order of these magistrates, exposed to sale in a publick auction, and one hundred and forty two pounds Scots being offered by Patrick Menzies for the caps, twenty-one shillings for each ounce of silver, and sixteen shillings for each stone of brass, the said Patrick Menzies is ordained to get them, and the

¹ [Abp. Spottiswoode's Hist. of the Church of Scotland, p. 274. See also Knox's Historie of the Church of Scotland, p. 259. Edinb. 1644. 4to.]

money to be employed to the necessary adoes of the town ; which accordingly were delivered ; the silver amounting to sixteen score ounces, and a quarter of ounce, of clean silver.

THE CHURCH OF SAINT MARY OF CULLEN.

This church was founded by King Robert I. ; and his Queen, Elizabeth's, bowells are here buried.

It had a provost, six prebends, and two singing boys, founded by Alexander Ogilvy of That Ilk, (predecessor of the Earl of Finlater) ; Mr. Alexander Dick, archdeacon of Glasgow ; John Duff of Maldovat, (predecessor to Duff of Brako) ; with all the magistrates of Cullen, A. D. M.D.XLIII. This foundation was confirmed by William, bishop of Aberdeen, the same year ; and by John, Archbishop of Saint Andrew's, and legate *a latere*, A. D. M.D.LII. Yet Bishop Leslie, writing in A. D. M.D.LXXVIII., and speaking of Cullen, says, *in quo ecclesia collegiata antiquitus floruit*.*

Each of the prebends was to have twenty merks yearly, in lands and mony, together with an apartment and garden. For this end they had several crofts alloted them in the town, together with the vicarage of Rethven, with all the priviledges belonging to the burghers of Cullen.

THE CHURCH OF SAINT MARY, IN THE KING'S COLLEGE.

This church was consecrated by Edward, bishop of Orkney. It had eight priests, or vicars choral, belonging to it, and six singing boys. †

Bishop Elphinstone gave to this church fifteen suits of priestly vestments, of cloth of gold, and twenty-eight, of velvet ; seven, of flowred silk ; twenty vestments for the singing boys, of silk, flowred and striped ; with many more, of scarlet and striped silk ; a cru-cifix ; two candlesticks ; two censers ; an incense box ; six vials,

* Historia Scotiae, edit. secund., p. 28.

† Boetius in vita Gulielmi Elphinstoni [Aberd. Episcop. Vit. f. xxix.]

and eight chalices; a textuary; two vessels for carrying the host, one of them, two cubits high, of exquisite workmanship; a bason and ewer; a holy water pot, and sprinkler, all either of silver or gold; coverings for the altar, of embroidered silk, and of lawn done over with silk flours; a cypress chest, set with stones and pearls, for relicts.

THE UNIVERSITY OF ABERDEEN.

The church of Saint Mary, of the King's College, had eight priests, (called vicars choral in the *Registrum Chartarum*,) and six singing boys.

[*Aberdoniae, et Aberdonensis Academiae, Descriptio.*¹

Aberdonensis, ab *Aberdonia* ciuitate, nomen sortita est. Ciuitas duplex est; situs amoenitate ac aeris salubritate nulli secunda; Episcopatu celebris; salmonum captura vberima, portu nauali peropportuna, magna ciuium frequentia nobilis; inter duos fluuios nauigabiles, Donam et Deam, posita: vnde illi nomen, (*Abbir*,) enim, prisco idiomate Scotico, significat, (prope); vt *Abbigeldi*, *Abbirbroth*, *Abbirdour*, *Abbircorn*. Nolo huius Academiae ortum, ad proximum post euictam Troiam saeculum, referre, vt ridicule *Oxonensis Academiae* ortum referunt quidam Angli; cuius tamen fundatorem, sequenti capite, ostendemus fuisse Ioannem Scotum. Sufficiet, ergo, ad *Alexandri Scotorum Regis* tempora referre: is, enim, sub annum Domini M.CC.XL., multis magnisque illam priuilegijs ornauit. Quibusdam antiquior visa est; sed quod diximus, est verissimum. Ante, enim, *Alexandrum*, non nisi scholae nomen obtinebat, aut merito obtinere poterat; cum ad *Academiae*, seu *Vniuersitatis*, appellationem requiratur, vt iam suppono.

¹ [From D. Camerarii *De Scotorum Fortitudine*, pp. 56—59. Paris, 1631. The reader will scarcely need to be warned of the amusing exaggerations of this fanciful account. Chalmers, Dempster, and too many others of our countrymen, would occupy a very conspicuous place in that chapter of a 'History of Literary Impostures,' which should treat of 'impositions for the supposed honour of the writer's native land.' Mr. D'Israeli, in his pleasing but inaccurate *Curiosities of Literature*, has a brief paper on 'Literary Impostures,' (pp. 47—49. edit. Lond. 1838. 8vo); and a work by Menckenius 'De Charlataneria Eruditorum,' published at Leipsic in 1715, has gone through several editions, although D'Alembert has justly said of it "ou ne saurait faire un plus mauvais livre avec un meilleur titre."]

scientiarum omnium quae in Academijs doceri solent, publica professio : quam, tamen, in Abbirtonia, ante Alexandri Regis tempora non fuisse penitus reperiet. Ab eo autem tempore, quantopere florerint litterarum studia, quantusque ex omni parte, ad eam, tanquam ad virtutis doctrinaeque celebrimum emporium, concursus semper factus fuerit, difficile est dicere.

*See Collegia
in Universitate
Abbirtonensi.*

Habet haec Academia, Collegia varia, et quidem specie magnifica : numerantur, omnino, sex. Primum est Collegium Regium ; augustissimum, si fabricam spectes, opulentum, si diuitias consideres, vt vere Regium dici possit. Eius fundator fuit Beatus Guilielmus Elphinstonus, eiusdem ciuitatis Episcopus, vir rarae admodum pietatis ; qui, in aquoso loco, profundissimis iactis fundamentis, summis sumptibus, illud extrui curauit ; in eoque, pro duodecim Bursarijs, (qui numerus hoc nostro tempore duplicatus est,) alendis redditus rite assignauit. Tegitur hoc Collegium, omni ex parte, plumbo : in eiusque angulis quatuor assurgunt praecelsae turres ; in quarum vna, quatuor supra viginti numerabis campanas, summa cum audientium voluptate, singulis quadrantibus, ac medijs horis, musice pulsantes. In hoc Collegio leguntur Philosophia, Theologia, ac litterae illae quae Humaniores dici solent ; et, quidem, Philosophia ac Humaniores literae, non sine aliqua laude ; quamuis frigeat, hoc nostro tempore, deformata nouatorum Theologia. Instructum erat olim hoc Collegium praeclarissima Bibliotheca ; sed, (quod dolendum est,) cum, haeresi furenti, religiosa omnia profanata sint, et illa etiam a Sathanae ministellis, partim combusta, partim in cloacas iniecta cernitur. Nimirum verebantur noctuae praeclarum diem, hoc est, Sanctorum Patrum incorruptam doctrinam, qua noua ipsorum portenta, luce clarius, erroris atque insaniae conuincuntur.

Huius Collegii disciplina ac ordo mirabilis est ; nam, ad horam quintam matutinam, signo ad surgendum dato, si hyems sit, ad Professorum et Philosophorum cubicula, lumen ab vno ad id deputato defertur ; qui, tamen, ne quietem eorum, quibus facultas data est vltius quiescendi, perturbet, quaerit num velint lumen. “ Vultis ” inquit, “ lumen ? ” Cui si respondeant “ Ingrediatur, ” ingreditur : sin minus, recedit. Si aestas, pulsatur vnusquisque ostium ab eodem clamante, “ Surgite ” : exacto deinde certo tempore, vnus ex Philosophiae Professoribus, (per vices enim hoc munus obeunt,) qui Hebdomadarius dici solet, omnium cubicula visitat, vt an surgant perspiciat. Hora deinde sexta, omnes scholas, praemisso campanae signo, ingrediuntur, in eisque lectionibus suis vsque ad octauam, operam nauant. Tum

vero, signo dato, omnes in templum, Deum oraturi, conueniunt; et ne quisquam desit, eorum omnium nomina a Censore citantur: cui ipsorum nomen inelamanti, nisi respondeant, "Adsum," vt absentes notantur, postea puniendi. Oratione finita, vsque ad nonam in scholas suas redeunt; qua data, ientatum dimittuntur, vsque ad decimam. Tum, vero, signo campanae in scholas rursus reuocantur, vsque ad vndecimam; qua elapsa, omnes cum suis magistris in scholam seu communem dictam conueniunt, in qua cuique scholae suus locus est rite assignatus. Ibi disputando inter se ad duodecimam, tempus terunt; Professoribus interim in medio simul deambulantibus: ac ne quis impune ab hac schola, vt nec a priuata, absit, statim post ingressum, a Censore omnium nomina citantur, vt antea dictum est. Data duodecima, domum quisque prandij causa, (nisi sint in ipso Collegio conuictores vel Bursarij, quibus Collegio sine venia exire non licet,) petit; neque in scholas ante secundam vsque redeunt. A secunda vsque ad sesquiquintam, in suis quique manent scholis. Deinde, praemisso campanae signo, omnes cum suis Professoribus, in Collegij templum, Deum oraturi, conueniunt: ante orationem, omnium nominibus, vt mane, a Censore citatis. Finita oratione, coenatum domum reuertuntur. Octaua deinde hora, rursus moventur Philosophi, vt se in Collegium conferant, hora nona cubitum ituri. Post nonam, ab vno ex Professoribus, vt mane, visitantur omnium cubicula, ne vllus extra Collegium, non obtenta facultate, pernoctet. Diebus Sabbathi disputationes publicae habentur, neque vnquam nisi graues ob causas omittuntur. Ter in septimana vacant; verum non tota die, sed a prandio tantum; sed nec eo tempore licet quo velint diuertere: nam in locum publicum ludo deputatum, ab vno ex Professoribus, prius omnium nominibus a Censore citatis, deducuntur; ibique, rursus iisdem nominibus citatis, post aliquot horarum spatium, in scholas deducuntur. Quatuor annos in Collegio insumunt: tertio, Bacchalaureatus; quarto, Licentiatus, ac Magisterij Artium gradus, post varias concertationes, tum priuatas, tum publicas, aliasque varias solemnitates, adipiscuntur. Tanta est autem celebritas in creandis artium Magistris et Doctoribus, vt ex varijs regni partibus confluant, non modo docti, sed etiam indocti; per biduum, ad minimum, celebratur, habenturque in ea orationes tanto ornatu, vt omni orationis flore expolitae, lectiones item multiplici eruditione refertae, vt omnem fidem exsuperet, nec facile ab ijs qui oculis non conspexerunt credi possit.

Secvndvm Collegivm, et huic proximum, si situm spectes, est Medicorum; in quo medicina ab eiusdem Professoribus legebatur.

Tertivm, vbi sacri Canones docebantur, opere sane magnificum et ad studentium vtilitatem, si loci amoenitatem spectes, conuenientissimum.

Qvartvm, in quo Iuriconsulti leges profitebantur.

Qvintvm, in noua ciuitate a Comite Marescallo nouissime fundatum, eo in loco in quo olim fuit Franciscanorum Monasterium.

Sextvm in eadem ciuitate, in quo tantum Humaniores literae docentur.

Et haec de Vniuersitate Abbirtonensi.]

ECCLESIASTIC DIVISIONS.

I. THE FIRST ECCLESIASTIC DIVISION OF THIS DIOCESE.*

The Roll of Bagimont,¹ whence this list is taken, Bishop Lesley seems to make no older than King James IV.;² for in his history of that Prince, at the year M.D.XII., he has these words: “ Hoc tempore synodus provincialis Episcoporum, Abbatum, reliquorumque ecclesiasticorum, Edinburgi in Coenobio Dominicano, presente Pontificis nuntio, Bajomano dicto, celebratur. In qua communi omnium voce, etsi repugnantibus multorum voluntatibus, fuerat fixum, ut omnia sacerdotia quorum redditus quadragenas libras excederent, Papae pensionem, decimarum ac diplomatum nomine, numerarent; Regique pro ejus arbitrato, cum necessitas premeret.

* From Bagimont's Roll.

¹ [‘ Bagimont's Tax Roll of Benefices within the Kingdom of Scotland’ is printed in the *Archaeologia*, vol. xvii., pp. 232—253. Lond. 1814. 4to., from Habakuk Bisset's Rollment of Courtis, a manuscript in the Advocates' Library at Edinburgh. Bisset, in a brief preface, writes: “ This extract following was fund be the Provinciall of the Quhite or Carmelat Freiris of Abirdene, callit Dene Johne Christesone, the Principall Provynciall of the said Freiris and of Scotland for the tyme, and was dwobled or copied be ane chaipleane of Auld Abirdene called Doctoure Roust.” Bisset's copy, said to be the only one now extant, bears this title: “ Taxatio beneficiorum preter prelacias Scotie in decima parte corundem.”]

² [“ This copy of Bagimont's roll cannot be considered older than the reign of James V., wherein it was found.” Chalmers' *Caledonia*, vol. i., pp. 688—690. Lond. 1807. 4to.]

pecuniam quantameunque penderent. Hic census in hanc usque diem Bajomanus dicitur."¹

This is the first ecclesiastic division of this diocese, being the eldest, I have found; and used, as it seems, before the diocese was divided into Deanries. Yet, perhaps, it is no older than the pontificate of Bishop Ingram Lindsay, by whom Rathven and Monimusk were, in A. D. M.CCCC.XLV., added to the college of chanons; both these churches being here reckoned among those of the chapter, which perhaps here was nothing else but that college. But how the number of the churches in this diocese comes to be so small in this list, I yet know not.² *Nota bene.* Rathven and Monimusk might have been taxed in Bagimont's Roll, and only listed among those *intra ecclesiam*, by the later copies of it.

ABIRDONENSIS DIOCESIS,

(Here are first reckoned the churches, (*in ecclesiá*, as they are sometimes called in this roll,) which belonged to the Cathedral, and were of the chapter.)

Capitulum Abirdonense.

Decanatus . . .	xxiiij lib.	Murthlak . . .	ix lib. vj s. viij d.
Precentoria . . .	vij lib.	Forbes . . .	iiij lib. vj s. viij d.
Cancellaria . . .	ix lib. vj s. viij d.	Lynmaij . . .	iiij lib.
Thesauraria . . .	vij lib.	Phillorth . . .	v lib. vj s. viij d.
Archidiaconatus	xij lib. vj s. viij d.	Clatt . . .	v lib. vj s. viij d.
Kynkell . . .	xl lib.	Caldstane . . .	iiij lib.
Kyncarden . . .	xxvj lib. xij s. iiij d.	Inuernochtie . . .	vj lib. xij s. iiij d.
Oyne . . .	vij lib.	Crechmound . . .	iiij lib.
Banchorie . . .	vij lib.	Crowden . . .	vij lib.
Balhelwie . . .	ix lib. vj s. viij d.	Turreff . . .	xx lib.
Monymusk . . .	x lib.	Methlik . . .	vj lib. xij s. iiij d.

¹ [Joan. Leslai De Rebus Gestis Scotorum, p. 341.]

² [The author seems to have overlooked the circumstance, that many churches, not enumerated by name, were included under the head of "*ecclesie communes capituli Abirdonensis.*"]

Abirdoure . . viij lib.	Ecclesie com-
Tillienessil . . iij lib. vj s. viij d.	munes capituli
Rathven . . . xvj lib.	Abirdonensis xxvj lib. xiiij s. iij d.

Summa decimarum capituli Abirdonensis cum ecclesijs communibus .
ij^c lxxxv lib. vj s. viij d.

Extra Ecclesiam Abirdonensem,

(that is, churches which were not annexed to the Cathedral, and
so belonged not to the chapter.)

Rectoria de Auchin-	Vicaria de Banf . . iij lib. vj s. viij d.
doir v lib. vj s. viij d.	Vicaria de Gemrie . . liij s. iij d.
Vicaria de Tarves vj lib. xiiij s. iij d.	Vicaria de Tyrie . . . liij s. iij d.
Vicaria de Pettirvgy . . v lib.	Vicaria de Cowl . . . iij lib.
Vicaria de Innerowrie . . liij s. iij d.	Vicaria de Oboyne . . . iij lib.
Vicaria de Logymar . . liij s. iij d.	Vicaria de Ferigge, (or
Vicaria de Insche . . . liij s. iij d.	Forge) liij s. iij d.
Vicaria de Petir Culter . . liij s. iij d.	Vicaria de Drumglay, (that
Vicaria de Kyncardin . . liij s. iij d.	is Drumblait, which of old
Vicaria de Banchorie . . liij s. iij d.	had that name) . . . iij lib.

Summa decimarum extra ecclesiam Abirdonensem . . lvj lib. vj s. viij d.

Summa totalis decimarum Abirdonensis diocesis . . iij^c li lib. xiiij s. iij d.

II. THE SECOND ECCLESIASTIC DIVISION OF THIS DIOCESE.*

The second ecclesiastic division of this diocese, (used a little before the Reformation,) was into these five¹ Deaneries:

- | | |
|-------------|------------------|
| I. Mar, | IV. The Garioch. |
| II. Buchan, | V. Aberdeen. |
| III. Boyne, | |

In this second division, those churches, whose patronages belonged to convents, have the names of the convents here added to them: whereby it appears that ten of these belonged to Aberbrothock: nine

* From the Chartulary of Aberdeen.

¹ [A more ancient division of the diocese into *three* Deaneries, those of Mar, Buchan, and The Garioch, will be found below, pp. 218—222.]

to Lindoris ; four to Monimusk ; four to the Knights Templars ; four to Deer ; three to Saint Andrews ; one to Scone ; one to Cupar in Angus ; one to Kelso ; and one to Kinloss in Murray.

I. DEANERY OF MAR.

- | | |
|---|---|
| 1. Kindrochet, (Monimusk.) | 16. Auchindore. |
| [2. Crathie.] | 17. Kinbethock, or Towie. |
| 3. Kinmuck, perhaps Glenmuck. | 18. Invernochty, or Strathdon. |
| 4. Aboyn, vicarage, (Knights Templars), and Tullinathlak, (Knights Templars.) | 19. Coldstane. |
| 5. Brass. | 20. Cowl, vicarage, (Aberbrothock.) |
| 6. Kincardin, vicarage and rectory. | 21. Keirn. |
| 7. Kinerny, (Aberbrothock.) | 22. Dummeth ; see Murthlack. |
| 8. Tulluch, or Tough. | 23. Clova ; see Kildrummy. |
| 9. Keig, (Monimusk.) | 24. Logy Rothven, supposed to be Logy in Mar, vicarage. |
| 10. Alford, (Monimusk.) | 25. Midmar. |
| 11. Lochel, (Monimusk.) | 26. Cluny. |
| 12. Cushny. | 27. Fetterneir ; see Logy Durno. |
| 13. Forbes. | 28. Lumfannan. |
| 14. Kildrummy. | 29. Murthlac. |
| 15. Tarlan, (St. Andrews), and Migvie, (St. Andrews.) | [30. Monimusk.] |

II. DEANERY OF BUCHAN.

- | | |
|--|--|
| 1. Foveran, (Deer.) | brothock) ; now the Earl Mar-
rishal. |
| 2. Logy Buchan ; now Buchan of Auchmacoy. | 9. Rathin. |
| 3. Ellon, (Kinloss.) | 10. Crimond, or Rattray. |
| 4. Furvie, now overblown with sands ; (formerly the Knights Templars,) now the King's College. | 11. Longmay ; now Fraser of Lonmay. |
| 5. Slaines ; now the King's College. | 12. Philorth, now called Frasersburgh. |
| 6. Crudan. | 13. Deer, (Deer.) |
| 7. Invergy Petri, or Peterhead, vicarage, (Deer.) | 14. Fyvie, (Aberbrothock.) |
| 8. Longley, or Saint Fergus, (Aber- | 15. Methlick ; now the King's College. |
| | 16. Tarves, vicarage, (Aberbrothock.) |
| | 17. Bethelny, (Aberbrothock.) |

III. DEANERY OF THE BOYNE.

- | | |
|-------------------------------------|---|
| 1. Aberdour. | 7. Turrif. |
| 2. Tyrie. | 8. Rathvin and Forscan, now Faskin Chappel. |
| 3. Gamry, vicarage, (Aberbrothock.) | 9. Alveth, now Alvah, (Cupar.) |
| 4. Banf, vicarage, (Aberbrothock.) | 10. Fordyce, Cullan, and Tullywhull. |
| [5. Forglen.] | 11. Munbre. |
| 6. Kingedward (Deer.) | |

IV. DEANERY OF THE GARIOCH.

- | | |
|--------------------------------------|--|
| 1. Fintray, (Lindoris.) | 11. Culsamond, (Lindoris.) |
| 2. Kinkell, (Knights Templars.) | 12. Inch, vicarage, (Lindoris.) |
| 3. Bourtie, vicarage, (St. Andrews.) | 13. Lesley, (Lindoris.) |
| 4. Inverury, vicarage, (Lindoris.) | 14. Rochmuriel, or Christ's Kirk ; see Kinnethmont (Lindoris.) |
| 5. Daviot. | 15. Kinnethmont, vicarage and rectory, (Lindoris.) |
| 6. Auchterless. | 16. Clatt. |
| 7. Forgue, vicarage, (Aberbrothock.) | 17. Tullinessil. |
| 8. Durno, or Logy Durno, (Lindoris.) | [18. Rayne.] |
| 9. Oyne. | |
| 10. Premnay, (Lindoris.) | |

V. DEANERY OF ABERDEEN.

- | | |
|---|--|
| 1. Balhelvy. | 4. Banchory Terny, vicarage, (Aberbrothock.) |
| 2. Banchory-Devinik. | 5. Echt, (Scone.) |
| 3. Culter, that is Peter Culter, vicarage, (Kelso,) confirmed there to by Gilbert Sterling, Bishop of Aberdeen. | 6. Saint Macar's. |
| | 7. Saint Nicholas. |
| | 8. Dalmayok. |

[Taxacio ecclesiarum et beneficiorum per Episcopatum Aberdonensem .¹

Incipiunt taxaciones ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum Aberdonensis dyocesis distincte per Decantus

¹ [From the Liber Cartarum Prioratus S. Andree, pp. 355—360; collated with two copies, one in the Chartulary of Aberdeen, the other in the Chartulary of Arbroath. The copy in the Register of S. Andrews is ascertained to have been engrossed there before the year 1413. The *Taxatio* itself may, perhaps, be assigned to the same era as that of the *new extent*, the year 1366. The copy in the Arbroath Chartulary refers to the valuation of the churches of that Abbey, “secundum antiquas taxaciones.”]

Et primo per Decanatum de Marr .

Kyndrouchit	iiij marce cum dimidia	Cussheny	ix marce
Creychyn	vij marce	Lunfanan	xviij marce
Kynmuk	xij marce	Forbeys	vij marce
Obeyn et Tulyathelath		Kyndrummy	vij marce
per garbas	xxvj marce	Taruelun et Migueth	xx marce
per vicariam seu alteragium	iiij ma.	inde vicarius percipit	vj mar. viij s.
Brass per garbas	xij marce		x d. ij partes den.
per vicariam	xij marce	et rector percipit	xij mar. v s. v d.
Kyncardyn Onel	xxij marce		et terciam partem den.
et terra ecclesiastica	xxx marce	Cloueth	iiij marce et dimidia
Bancory Tarnyn per garbas	xj mar.	Dauachindor	xij marce
per alteragium	v marce	Murthelach	xxx marce
de quibus Abbas percipit	x marcas	Dunmeth	iiij marce
et per terram Abbatis	ix marce	Kynbethoc	
Eycht	xvj marce	per garbas	xij marce et dimidia
de quibus Abbas percipit	x marcas	per vicariam	vj marce
Kinernyn per garbas	iiij marce	Inuernothyn	xij marce
per vicariam	ij marce	Colessen	xij marce
de quibus Abbas percipit	iiij marcas	Logyn Rothuen	xiiij marce
Migmarr	vj marce	Cule per garbas	ix mar. et dim.
Clony	vij marce et dimidia	per vicariam	iiij marce
Tulyuuch	iiij marce	de quibus Abbas percipit	ix mar.
Keg	x marce	Keryn	iiij marce
Afford	xviij marce	Fethyrner	iiij marce et dimidia
Loychel	x marce		
de quibus vicarius percipit	iiij mar.		

Summa huius Decanatus . iij^c . lxxx . libre .

Decanatus de Bouchan .

Balheluy	xxxvij marce	Slanys	xvij marce
Fouerne	xliij marce	per terras eiusdem	ij mar. cum dim.
Logyn	xviij marce	Croudan	xxxiiij marce
Elone		Inuerogin Petri	
per vicariam	xx marce	per rectorem	xvij marce
per rectorem	lvj marce	per vicariam	xv marce
Furuine	vj marce		

Lungle		Forglen	iiij marce
per garbas	xxxvj marce	et per terram Abbatis	j marca
per vicariam	xv marce	Alueth	lvj marce et x solidi
per terras eiusdem	iiij marce	Kynedor	xxx marce
Retref que et vocatur Crech-		Toruereth	lx marce
mound	xx marce	Fyuyn	
Lunme	xv marce	per garbas	lij marce
Rathyn	xxiiij marce	per terras ecclesie	ix mar et dim.
Deer	liij marce	et per vicariam	xx marce
Abirdoure	xviiij marce	Methelech	xl marce
Tyrin	vj marce	Taruayis	
Fylorth	xxiiij marce	per garbas et terras eccle-	
Gameryn		sie	xliij marce
per monachos	xx marce	et per vicariam	xxij marce
per vicariam	x marce	Butheleney	
de quibus Abbas percipit xx marcas		per garbas	xxviiij marce
Banf		per vicariam	v marce
per garbas	xl marce	Rothvan et Forscain	xxij marce
per vicariam	xxv marce	Inuerbondyn	iiij marce et dimidia
set inde percipit Abbas xv marcas		Mumbre	ij marce
Forthays	lx marce	Tulywhull	nichil
Summa huius Decanatus	vjs . libre . lxxxix . libre . xiiij . solidi		
	. iiij . denarii .		
	Decanatus de Garuiach .		
Fintreth per vicariam	x marce	Dauyet	xxiiij marce
per garbas	xx celdre farine et	Durnagh	
	ij marce et dim.	per vicariam	xx marce
Kynkel cum capellis	lxxxx marce	per garbas	xxx celdre farine
de quibus Fratres de Tor-			et xj marce
fechyn recipiunt	xxx marcas	Ouchtirlys	
Bouyrdyn	xxx marce	per terras et garbas	xxvj marce
et per terram ecclesie	iiij marce		et dimidia
inde vicarius	x marcas x solidos	et per alteragium	x marce
Inueroury		Ouyn	xxx marce
per vicariam	xvij marce	Prameth	
per garbas eiusdem	xxv celdre fa-	per vicariam	iiij marce
	rine ix marce et x solidi	per garbas	xvj marce

Culsamuel		Ran
per vicariam . . .	vj marce	per terram et garbas xxxiiij marce
per garbas . . .	xxvj. mar et dim	per alteragium . . .
Inchmacbany que et Insula		per bracinam . . .
vocatur . per vicariam	vj marce	Ecclesia Cathedralis Beati Ma-
per garbas . . .	xxij mar et xj solidi	chorii Abirdonensis . . .
porcio Domini Jordani	vij marce	Ecclesia Beati Nicholai de
Ratmuryel		Abirden . . .
per vicariam . . .	iiij marce	Porcio Cancelarii in piscariis
per garbas . . .	ix marce et dimidia	Foerg
Kynalcmond		Bencory Deuenyk . . .
per vicariam . . .	vj marce	Culyr
This church, being inconveniently situated, is now become ruinous, a new one having been built by Sir William Forbes of Craigievar, A. D. M.DCC.III., but which I cannot say is consecrated. This new church has an isle for this family, wherein there is also a room for their use; and, again, within it, a hearth and cupboard, *etc.*; so that people may eat and drink, and even smook in it, if they will: a profaneness unheard of throughout all antiquity, and worthy of the age wherein we live; for, since the Revolution, the like liberty has been taken as to several churches in the south, as particularly Newbottle, and

SAINT GILES in HATTON, where the Abbot of Lendoris had formerly a summer seat. Chappel.

LAMINGTON, the seat of Forbes of Craigievar, baronnet, a fair house, warmly and pleasantly situated, begun by Sir John, and enlarged by the late Sir William Forbes.* Mannors.

DISBLAIR, belonging formerly to the Rollands, (though built before that by one Forbes, of Craigievar's family,) and of late to one Forbes, (of Balfluig's family,) is now Skene's.²

Here is store of limestone.

¹ ["The minister has in his possession a silver cup belonging to the parish, bearing date 1632, which, tradition says, was formed from a silver head of St. Meddan, the tutelar saint of the parish; which in the days of popish superstition, was wont to be carried through the parish in procession, for the purpose of bringing down rain, or clearing up the weather, as circumstances might require." *New Statistical Account of Scotland*, part xxv., p. 168. Edinb. 1840.]

* See afterward in Corse, in Leochel parish.

² ["DAVID CAMERARIUS, seu Chalmier, sacerdos Catholicus, antiqua et nobili Fintriae familia, vir insigni literatura, Graece et Latine doctus, vita continenti ac probatissimis moribus, in Galliis, Hispaniis, Italiaque diu versatus, magna modestiae et integritatis apud omnes opinione. Scripsit pleraque; in his est 'Lysander et Lucina. hb. i.' Poetica historia

Carta fundacionis ecclesie et monasterii de Londors · in siluis de Ironsyde infra vicecomitatum de Fyffe · per Comitem Daud fratrem Regis Willelmi.¹ (1202—1206.)

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis et fidelibus tam presentibus quam futuris Comes Daud frater Regis Scocie salutem · Sciatis me fundasse quandam Abbaciam apud Londors de ordine Kelchoensi ad honorem Dei · et Sancte Marie Uirginis · et Sancti Andree Apostoli · Omniumque Sanctorum · pro salute anime Daud Regis aui mei · et pro salute anime Comitis Henrici patris mei · et Comitisse Ade matris mee · et Malcolmi Regis fratris mei · et pro salute anime Regis Willelmi fratris mei · et Regine Armegard · et omnium antecessorum meorum · et pro salute anime mee et Matildis Comitisse sponse mee · et pro salute anime Daud filii mei · et omnium successorum meorum · et pro salute animarum fratrum et sororum mearum · Concessi etiam et hac carta mea confirmaui predictae Abbacie de Londors et monachis ibidem Deo seruientibus / in liberam et puram et perpetuam elemosinam · ecclesiam de Londors cum omnibus pertinentiis suis et terram ad predictam ecclesiam pertinentem in bosco et plano sicut eam Magister Thomas tenuit et habuit · et ecclesiam de Dunde cum omnibus pertinentiis suis · et ecclesiam de Fintrith cum omnibus pertinentiis suis · et ecclesiam de Inuerurin cum capella de Munkegin et cum omnibus aliis pertinentiis suis · et ecclesiam de Durnach · et ecclesiam de Prame · et ecclesiam de Radmuriel · et ecclesiam de Inchemabanin · et ecclesiam de Culsamuel · et ecclesiam de Kelalmond · cum capellis earundem ecclesiarum et terris et decimis et omnibus aliis pertinentiis earum · ad proprios usus et sustentaciones eorundem monachorum · Quare uolo et concedo ut predicti monachi habeant et teneant in perpetuum et puram elemosinam predictas ecclesias cum capellis et terris et decimis et omnibus aliis pertinentiis suis · sine omni seruicio et consuetudine et auxilio seculari et exaccione · bene et in pace · libere · quiete · plenarie · integre · et honorifice / sicut aliqua Abbacia uel domus religionis in toto regno Scocie · melius · liberius · quocius · plenius · et honorificentius ·

elegantissima, qua vitae spiritualis, speculativae, ut loquuntur, et activae, perfectio continetur; et habet excursus venustissimos. ‘In Jus Canonicum aliqua, lib. i.’ Vivit Romae, patriae necessarius, omnibus vitae integritate carus.” T. Dempsteri Hist. Eccles. Gent. Scot., t. i., p. 196.]

¹ [From the original in the Denmylne Collection of Charters, MS. Advocates' Library.]

aliquas ecclesias uel aliquas alias elemosinas habet et possidet . Has autem ecclesias prenominato Monasterio de Londors . et monachis ibidem Deo seruientibus ita libere et pacifice iure perpetuo possidendas concessi et confirmari / ut mihi succedencium nullus aliquid ab eis nisi solas oraciones ad anime salutem exigere presumat . Hiis testibus . Willelmo Rege Scocie . Johanne episcopo Aberdonensi . Radulfo episcopo Brehinensi . Osberto abbate Kelchoensi / Henrico abbate de Aberbrudoc . Simone archidiacono de Aberdoen . Roberto decano de Aberdoen . Waltero officiali . Matheo de Aberdoen clerico Domini Regis . Daudid de Lindeseia . Waltero Olifard . Roberto Basset . Walkelino filio Stephani . Willelmo Wascelin . Galfrido de Waterville . Normano filio Malcomi constabulario de Inuerurin . Henrico de Beuile . Matheo falconario . Simone Flamang . cum alijs multis .

Bulla Pape . Innocencij . III . de confirmatione priuilegiorum . ¹ (A. D. 1199.)

Guidoni abbati Monasterij Sancte Marie de Lundoris . eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem uitam professis in perpetuum . Religiosam uitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse presidium . ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet . aut robur . quod absit . sacre religionis infringat . Eapropter dilecti in Domino filij uestris postulacionibus clementer annuimus . et prefatum Monasterium in quo diuino estis obsequio mancipati . sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus . et presentis scripti patrocinio communimus . In primis siquidem statuantes ut ordo monasticus qui secundum Deum et Beati Benedicti regulam in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inuolubiliter obseruetur . Preterea quascunque possessiones . quecunque bona . ibidem Monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet . aut in futurum concessione Pontificum . largicione Regum uel Principum . oblacione fidelium . seu alijs iustis modis prestante Domino . poterit adipisci / firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant . In quibus hec proprijs duximus exprimenda uocabulis . Locum ipsum in quo prefatum Monasterium a dilecto filio nobili uiro Daudid Comite . fratre carissimi in Christo filij nostri Willelmi illustris Scocie Regis constructum est . cum omnibus pertinencijs suis . per suas rectas

¹ [From The Chartularies of Balmerino and Lindores, now first printed from the Original MSS. in the Library of the Faculty of Advocates, appendix, no. ii, Edinb. 1841. 4to.]

diuisas . et liberam curiam in terra uestra . et firmam pacem infra diuisas ipsius uille de Lundoris . sicut carta dicti Comitis testatur . Ecclesiam quoque eiusdem uille de Lundoris . cum omnibus pertinencijs suis . scilicet . capellam de Dundemor . et terram ad predictam ecclesiam pertinentem . per suas rectas diuisas . et alias terras in eadem uilla . sicut in carta eiusdem Comitis continetur . Insulam que uocatur Redinche . et piscarias in Thay . iuxta prenominatam insulam . Molendinum de Lundoris . cum omni secta sua . et multura . Ecclesiam quoque de Dunde . cum omnibus pertinencijs suis . et terram ad eandem ecclesiam pertinentem . Et unum toftum in burgo de Dunde liberum et quietum ab omni seruicio et exaccione . Et unam carrucatam terre in uilla de Neutile . Et in uilla de Pert . terram que uocatur Insula . Ultra Muneth . Fintreth . per suas rectas diuisas cum omnibus pertinencijs suis . ecclesiam eiusdem uille cum pertinencijs suis . In Garuiach . Lethgael et Malind cum omnibus pertinencijs suis per suas rectas diuisas . Ecclesiam de Ritcheth cum capellis suis . scilicet . Inuerurin et Munchegin et alijs pertinencijs suis . Ecclesiam de Durnah . Ecclesiam de Prame . Ecclesiam de Rathmuriel . Ecclesiam de Inchemabanin . Ecclesiam de Culsamuel . In episcopatu Lincolnensi ecclesiam de Cuningroue . ecclesiam de Wissinden . In episcopatu de Stratheren . ecclesiam de Mothel . Ecclesiam de Chelalemund . cum capellis predictarum ecclesiarum et terris et decimis ac omnibus earum pertinencijs ad proprios usus monachorum concessis . Et unum plenarium toftum in burgo de Inuerurie liberum et quietum ab omni seruicio et exaccione . Decimas omnes quas habetis in terra predicti Comitis . et extra . Ex donacione quoque Regis Scocie / unum plenarium toftum in burgo de Beruic . et aliud plenarium toftum in burgo de Striuelin . plenarium toftum in burgo de Carel . plenarium toftum in burgo de Pert . plenarium toftum in burgo de Forfar . plenarium toftum in burgo de Munros . et unum plenarium toftum in burgo de Aberden . et terram unam in uilla de Pert . in libero burgagio . Sane noualium uestrorum que proprijs manibus aut sumptibus colitis . siue de uestrorum animalium nutrimentis . nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat . Liceat quoque uobis clericos uel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere . et eos absque contradicione aliqua retinere . Prohibemus insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam in Monasterio predicto professionem fas sit sine Abbatis sui licencia de eodem loco discedere . discendentem uero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere . Cum autem generale interdictum

terre fuerit *etc* . Crisma uero *etc* . Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus *etc* . Prohibemus insuper ut infra fines *etc* . Ad hec etiam inhihemus ne quis in uos *etc* . Obeunte uero te nunc eiusdem loci Abbate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surrepcionis astutia seu uolentia preponatur *etc* . Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam domum temere perturbare . aut eius possessiones auferre *etc* . sed omnia integra conseruentur *etc* . Salua sedis Apostolice autoritate et diocessani Episcopi canonica iusticia . Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona *etc* . Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Pape notarij cancellarij uicem agentis . XIII . Kalendas Aprilis . Indicione prima . Incarnationis Dominice anno . M . CXCVIII . Pontificatus uero Domini Innocencij . Pape . III . Anno . II .

Libertas foreste de Fyntre . ¹ (A. D. 1251.)

Alexander Dei gracia Rex Scotorum . Omnibus probis hominibus tocius terre sue Salutem . Sciatis quod concessimus Abbati et conuentui de Lundores ut habeant et teneant totum boscum suum in feodo de Fyntreth in liberam forestam . Quare firmiter prohibemus ne quis in dicto bosco sine eorum licencia secet aut uenetur super nostram plenariam forisfacturam decem librarum . Testibus . Gilberto de Haya . Johanne de Vallibus . et Johanne de Hyrdmanstoun . Apud Kingorne . xx^o . die Maii . Anno regni Domini Regis . secundo .

KINTORE.



KINTORE, for its tutelar, hath the Virgin Mary.²

It has two silver chalices, gifted by Mary Erskine, Countess Marishal, and mother to the first Earl of Kintore.

. at HALFOREST.

HALFOREST, an old ruinous castle, said to have been built by King Robert I. for a hunting-hall, as

Chappel.
Mannors.

¹ [From the Chartularies of Balmerino and Lindores, p. 10.]

² ["This parish belonged formerly to the presbytery of Aberdeen; but by an act of

they call it ; that is, for a lodging to retire into for refreshment, after hunting in the forest. It was four story high, having besides, (what they call,) a capehouse and battlements ; no drawbridge ; a ladder, instead of a stair. By this ladder men entered in at the second story, but then drew it up after them, when they would. It was afterward given to the Earl Marishal ; who, in process of time, gave it to that son of his who was created first Earl of Kintore.

Carta Roberti de Kethe militis .¹ (A. D. 1324.)

Robertus *etc.* Sciatis nos *etc.* confirmasse dilecto et fideli nostro Roberto de Kethe militi . omnes terras et omnia tenementa subscripta cum pertinentiis quas et que idem Robertus de nobis tenuit in capite / et apud Berwicum super Twedam . die Mercurii proximo post Festum Omnium Sanctorum . anno regni nostri . nono decimo . in pleno consilio nostro ibidem tento coram magnatibus nostris / per fustim et baculum nobis sursum reddidit et resignavit . videlicet . Terras de Keithe Marescalle cum officio Marescallie regni nostri eidem terre pertinente . Keithe Symon . Calbanestoun . Alneden in Buchania . cum noua foresta . Inuerpeffir . quatuor dauatas terre in Strabolgin . et Forestam de Kintor . cum omnibus libertatibus et pertinentiis eisdem terris et officio pertinentibus . Habendas et tenendas . dicto Roberto . et Roberto filio quondam Joannis de Keithe militis filii prefati Roberti de Keithe . et heredibus masculis de corpore eiusdem Roberti filii dicti quondam Joannis de Keithe legitime procreandis cognomen de Keithe et arma gerentibus . legitimisque heredibus masculis de eodem Roberto filio dicti Joannis deficientibus . heredibus masculis de prefato Roberto de Keithe milite legitime procreandis / quibus deficientibus Eduardo de Keithe militi fratri dicti Roberti militis et heredibus masculis de corpore suo legitime exeuntibus . Ac legitimo exitu masculo de eodem Eduardo deficiente / propinquioribus heredibus masculis predicti Roberti de Keithe militis cognomen et arma predicta principaliter gerentibus . in feodo et hereditate in perpetuum . Faciendo inde

synod in 1702, was for a time annexed to The Garioch, and has continued in that presbytery ever since." Stat. Acc. of Scot., vol. xiii., p. 83. Edinb. 1794.]

¹ [From the Acts of the Parliaments of Scotland, vol. i., p. 122., *unpublished*. In a roll of lost charters of King Robert I. is "Carta Roberti Keith of the Forrest of Kintor, except the Park." Robertson's Index to the Charters, p. 2.]

nobis et heredibus nostris omnia seruicia debita et consueta In cuius rei testimonium *etc.* Testibus *etc.* Apud Bervicum super Twedam septimo die mensis Nouembris . Anno regni nostri supradicto .

Carta . Johannis de Dunbarre . Comitis Moraue.¹ (A. D. 1375.)

Robertus Dei gracia Rex . Scottorum / Omnibus [*etc.*] Sciatis nos dedisse [*etc.*] Johanni de Dunbare . filio nostro . dilecto . Comiti Moraue . omnes et singulas terras nostras Thanagij de Kyntor . saluis et retentis nobis vniuersis et singulis tenandijs liberetenentibus terris liberetenencium . ac canis nobis debitis . de Thanagio supradicto . Tenendas et habendas dicto Johanni et dilecte filie nostre Mariorie sponse sue [*etc.*] de nobis et heredibus nostris . in feodo . et hereditate [*etc.*] in vnam integram et liberam baroniam [*etc.*] in bondis . bondagijs . natiuis et eorum sequelis [*etc.*] Faciendo inde [*etc.*] seruicium vnus . militis . in exercitum nostrum . et communem sectam ad curiam vicecomitis nostri de Aberden annuatim [*etc.*] In cuius rei *etc.* Testibus *etc.* Apud vicesimo sexto die Augusti . Anno Regni nostri . Quinto .

Altera carta eiusdem Johannis . Comitis Moraue .² (A. D. 1383.)

[Robertus Dei gracia Rex] Scottorum . Omnibus [*etc.*] Sciatis nos dedisse [*etc.*] dilecto filio nostro Johanni de Dunbarre Comiti Moraue omnes et singulas terras nostras Thanagij de Kyntore vicecomitatu de Abirdene cum omnibus et singulis tenandijs liberetenentibus et terris liberetenencium ac canis nobis debitis . de [Thanagio supradicto] . excepta tenandia de Thaynstona . Tenendas [*etc.*] In cuius rei testimonium [*etc.*] Testibus [*etc.*] Apud Kyncardyn vicesimo tercio die Januarij . Anno regni nostri duodecimo .

¹ [From the Registrvm Magni Sigilli, p. 140. King David II. granted charters "to Mauld Bruce, sister to the King, of the lands of Fromerteine, and Thanage of Kintore";—"to William Chalmer, of the lands of Thanstoun and Foullertoun, and of the duty of Kinkeld and Dys";—"to Robert Glen, of the lands of Glasgow le forest, in the Thanedom of Kentore"; "to the Earl of Sutherland and his spouse of the half of Foirmartein and half of the Thanedome of Kintore." (Robertson's Index to the Charters, pp. 36, 38, 39, 62, 63.)]

² [From the Registrvm Magni Sigilli, p. 161.]

KINNELLAR.¹

NIGG.



IGG hath for its tutelar Saint Fiacre, son to Eugenius IV., King of Scotland, whose anniversary is August thirtieth. He left his own country, and became a hermit in the bishoprick of Meaux, and dyed about the year DC.XLVIII.* Saint Faro, bishop here,† gave him a retirement in his diocese at Breuil, in Brie, and built him a chappel

¹ [“ Three cairns, with broad bases, still remain in this parish. One of them, called Cairnoveil, is upon the farm of Kinnellar : another, on the farm of Nether Auquhorsk : and the third, called The Cairn of Semblings, on the top of the hill of Auchronie. Upon the farm of Blackhill were formerly several small cairns, which have been opened. In one of them were three concentric circles of stones, and within the innermost of these circles some bones still perfect, but white, as if calcined, upon the surface, and black within. In the wall of the churchyard, there are some great stones, ten feet in length, and four in thickness, which appear to be the remains of a circle of large stones, that once stood in this situation. Another smaller circle, of the same sort, appears to have been placed on the summit of the adjacent hill of Benachard.” Statistical Account of Scotland, vol. iii., p. 504. Edinb. 1792.

An engraving of a sculptured stone in the churchyard of Kinnellar will be found in the *Archaeologia Scotica*.

John Row, Principal of King's College from 1652 to 1660, and one of the authors of “ Row's Historie of the Kirk of Scotland,” died at Kinnellar, “ and was interred at the west end of the church of Kinellar, in the church-yard.” Orem's Description of the Chanonry in Old Aberdeen, p. 165. Lond. 1782., 4to. ; Row's Historie of the Kirk, pref., pp. liii., liv.]

* See Camerarius [De Scotorvm Fortitvdine, pp. 168—170. This writer, who failed to recognise Saint Fiacre under his Celtic name of Ma Futac, commemorates on the twenty-sixth of December “ Sanctus Mofutacus confessor,” who, he tells us, “ celebris habebatur in Aberdonensi Diocesi, extatque, non procul a Torrey, insignis ecclesia Sancto Mofutaco dicata,” p. 203.]

† Hildegardus Meldensis, *etc.* ap. Mabillon. Collier's Dictionary, vol. iv.

with a hospital, where he entertained strangers, and died A.D. DC.LXX.¹

¹ [To cite all the authors who have written, more or less largely, on Saint Fiacre or Fefre, would be an almost endless task. It may suffice here to refer the reader to the Breuiarium Aberdonense, prop. Sanct. pro temp. estiv. xxx. Aug.; to Butler's Lives of the Saints, vol. ii., pp. 378—380, and to the authorities there quoted. In France his life furnished the subject of a miracle play, "La Vie de Monseigneur S. Fiacre, rimée en François," which has been recently published by M. Achille Jubinal in his *Mystères Inédits du Quinzième Siècle*, t. i., pp. 304—353. Paris, 1837. in-8vo. M. Jubinal, in the notes to his interesting collection, gives some extracts from an unedited life in prose, "du glorieux ami de Dieu, monseigneur Saint Fiacre," preserved in the Bibliothèque Royale at Paris.

"Du Plessis," says Mr. Butler "shows that the name *Fiacre* was first given to hackney coaches, because hired coaches were first made use of for the convenience of pilgrims who went from Paris to visit the shrine of this Saint; and because the inn where these coaches were hired, was known by the sign of S. Fiacre. This is also in part the remark of Menage." A later French writer, M. Monmerqué, informs us that the inventor of hackney carriages in France, was one Nicolas Sauvage, and that they took their name from an image of Saint Fiacre, which he hung up for a sign, in front of his house in the *rue Saint-Martin*, opposite to the *rue de Montmorency*. Sauvage hired out his carriages by the hour or day; and it appears that they were called *fiacres* before the year 1645. See M. Monmerqué's "Les Carrosses a cinq sols, ou Les Omnibus du dix-septième siècle." Paris, 1828. in-12^o.

The bay of Nigg, from a corruption of the name of the tutelary saint of the parish, was called Saint Fittick's bay; and a spring, on its southern shore, dedicated to his honour, was long held in much veneration. During the earlier half of the seventeenth century, the kirk session, and the town council of Aberdeen, passed frequent ordinances forbidding the inhabitants of the city to resort to "Sanct Fithatk's Well," under pain of temporal and spiritual censure. (The Book of Bon-Accord, pp. 268, 269.)

"21 November 1630, Barone moderatore. The said day Margrat Davidson spous to Andro Adam wes adjudget in an wnlaw of fyve pundis to be payed to the collector for directing hir nowriss with hir bairne to Sanct Fiacres well and wathing the bairne tharin for recovirie of hir health And the said Margrat and hir nowriss wer ordanit to acknowledge thair offence before the session for thair fault and for leaveing ane offering in the well.

"The said day it wes ordanit be the hail session in ane voce That qhatsumeuier inhabit within this burgh beis fund going to Sanct Fiacres well in ane superstitious maner for seiking health to thame selfis or bairnes shall be censured in penaltie and repentance in such degree as fornicatouris ar efter tryall and conviction." (Register off the Kirk Sessioun of the Burgh of Aberdene, vol. iv., MS.)

"In the month of May," writes the minister of the parish in 1793, "many of the lower ranks from around the adjacent city, come to drink of a well in the bay of Nigg, called the Downy-well; and proceeding a little farther, go over a narrow pass, *The Brig of ae Hair*, to Downy-hill. It seems to be the remains of some superstitious respect to the fountain

This parish is properly in Saint Andrew's diocese,¹ but by that Primate's dispensation is annexed to this presbytery.²

The church stands hard upon the sea, in The Mernis, having two silver chalices raised out of the people's oblations, (under Bishop Halyburton), by Mr. Richard Maitland, its last presbyter.

This parish is that promontory where Grauzbin³ ends, running out here into the sea.

TORY is a considerable fisher-town, and was made a burgh of barony by King James IV., A.D. M.CCCC.XCV,* in favour of, and for the accommodation of, such pilgrims as were wont to lodge here while they travelled in pilgrimage to Aberbrothock Abbey, to which this town then belonged; the Abbot having a seat here with a dove-cote, *etc.*, near the church.⁴ After the reformation, about the one half of it was possessed by Menzies of Pitfoddels, and the other, by Forbes of Monymusk; but it now belongs almost wholly to [the town of] Aberdeen, though situated on the other side Dee. It has six boats for great fish, besides lesser ones.

The COVE, (so called from the many caves on the shoar

and retreat of a reputed Saint, gone into an innocent amusement." Statistical Account of Scotland, vol. vii., p. 213. Edinb. 1793.]

¹ [In the deanery of The Mearns. It was valued in the "Taxatio ecclesiarum" at ten merks. See Liber Cartarum Prioratus S. Andree, p. 37; Registrum de Dunfermelyn. p. 211. Edinb. 1842, 4to.]

² [In the "ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ, sive De Coronis Martyrum in Scotia," of John Jonston, professor of theology at St. Andrews, (MS. Advocates' Library,) is a copy of verses inscribed "Gulielmus Carmichael, scholae Abredonensis rector, et in aede Fiacrii trans Deanae ecclesiae minister, praeceptor meus, obiit circa Kal. Aug. 1581."]

³ ["On the first *Grampian* Hill, near *Aberdeen*, is a huge Heap of Stones, call'd the *Cairn* of *Loirston*, as large as any I ever saw of that kind in Scotland." Gordon's *Itinerarium Septentrionale*, p. 162. Lond. 1726. fol.]

* Registrum de Arbroth, ap. Dr. M'Kenzie's *Lives*, vol. i., p. 467.

⁴ ["Lately the remaining ruins of an edifice, belonging to the Abbey of Arbroath, were dug up, on the upper part of the harbour. A burial ground was nigh. Silver pieces struck on Queen Mary's marriage, 1559, and others, were found. It retains the name of "Abbot's Walls." Stat. Acc. of Scot., vol. vii., p. 214. Edinb. 1793.]

here,) another fisher town in this parish, has the like number of boats.

. AT UPPER TORY.

Chappel.

[Lectio in festo B. Fotini episcopi et confessoris .¹

Beatus Fotinus ex Gallorum nobili familia natus Lugdonensis Episcopus fuit / qui cum nonagenarius esset [*etc.*] . Constituto autem eo jam sene coram presidibus in tribunali / impie gentis vndique clamor extollitur / Fotinum Christianum esse intonant . A preside vero interrogatus cuius esset fidei vel professionis ei respondit / Christianus sum et pro Christi nomine ad omnia penarum genera sustinenda promptus . At ministri iudicum tanquam canes rabidi succensi furore in virum Dei acriter iecerunt manus et ligamentis ligauerunt eum vero diris funiculis . Vir Dei pro Christi amore illorum minas minime formidando : quecunque illata pacienter sustinuit : namque delaniatores illi non verentes iusti Dei iusticiam sanctum virum senem et ferme decrepitem quam maximis afficiebantur tormentis : cum alii crines eius euellentes alii alaphas in faciem dederunt et deridendo blasphemauerunt / modo hic / modo illuc / ante et retro / trahentes ducebant in tantum quod seminecem diuersis penis eum reddiderunt et in carcere sic inhumaniter deductus paulo post spiritum Deo reddidit . Deinde fama beati Fotini per parcium mundi climata volitante prefertur ad eos qui Britannie finibus incolunt boreali presertim plaga eiusdem in qua non longe a Dee fluuii conspectu in ipsius honore basilica constructa est . Quidam adolescens a natiuitate claudus vt pedes ad ipsius lumbos inuicem contracti fuerunt inseparabiliter inherentes vt se gressu pedum mouere nequiebat / parentes eum somniorum accepto consilio ad sanctum duxerunt Fotinum quem inter se in ceneuectorio quodam ibidem in dicta basilica detulerunt : qui triduo in oracionibus perseuerans meritis beati Fotini sanitati restitutus est . Diulgato autem illico miraculo quidam edropicus qui medicinali arte quoquomodo incurabilis fuit sancto Fotino iter arripuit

¹ [From the Breuiarium Aberdonense, prop. Sanct. pro tempore hyemali, ff. xxiii., xxiv. The reader will readily recognise in Fotinus, the bishop of Lyons who suffered in that persecution towards the end of the second century, of which so moving a record has been preserved by Eusebius (lib. v., c. 1—3.) in the fragments of a letter from the churches of Vienne and Lyons to their brethren in Asia and Phrygia.

It does not appear whether the church of S. Fotin, referred to in the Breuiary, stood at Tory, on the south, or at Futy, on the north side of the Dee.]

similiter et muliercula apostemate quodam per quinquennium grauius vexata in tantum quod potius optaret mori quam in tanta pena similiter torqueri / que beato Fotino eidem peregrinari vouebat : et illic simul accedentibus ambo a morbis suis diuina curacione beati Fotini precibus gloriosis sanati sunt . Accidit etiam quod nutrix cuiusdam domini temporalis infantem casu in necem suppreerat / pro cuius facinore indignatus dominus ille nutricem morti tradi acerrime iussit : nutrix vero tremebunda infantem iam mortuum arripuit / Omnipotenti Deo Beateque Virgini Marie pijs cum lacrimis effudit preces : Et versus ecclesiam beati Fotini martyris cum suspirijs et fletibus euulando accessit : vbi infantem coram altari dicti martyris deponens in qua per triduum / ieiunijs / vigilijs / et oracionibus / perseueranter permansit : tandem vigilijs defessa aliquantulum dormiens in sompnis beatus Fotinus pontificali indutus infantem tetigit : ex cuius tactu illico diuina virtute reuixit : et sue nutrici applaudendo lacrimas emisit / ex quo ingenti miraculo totus populus laudem dedit Deo .

Carta Regis Willelmi de ecclesia de Nyg . ¹ (1189—1199.)

. W . Dei gracia Rex Scottorum . Omnibus probis hominibus tocius terre sue . clericis et laicis . Salutem . Sciant presentes et futuri me . dedisse . et concessisse . et hac carta mea confirmasse . Deo et ecclesie Sancti Thome de Abirbrothoc . et monachis ibidem Deo seruientibus . ecclesiam de Nyg . in terris . et decimis . et cum alijs omnibus ad ecclesiam illam iuste pertinentibus . et cum communi pastura . Tenendam in liberam et perpetuam elemosinam . Ita libere . et quiete . plenarie . et honorifice . sicut alias elemosinas suas in terra mea . liberius . quocius . plenius . et honorificencius . tenent et possident . Testibus . M . episcopo Aberdonensi . J . episcopo Katenensi . Hugone cancellario . A . abbate de Dunfermelyn . Jocellino archidiacono Dunkeldensi . Waltero priore de Insula . Roberto capellano . Roberto de Quincy . Willelmo de Lyndesai . Willelmo de Haya . Apvd Perth .

Carta Willelmi episcopi de ecclesia de Nig . ² (1202—1233.)

Willelmus . diuina permissione ecclesie Sancti Andree humilis minister . Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruene-

¹ [From the Registrum Vetus Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

² [From the Registrum Vetus Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

rit . salutem et benedicionem . Nouerit uniuersitas uestra nos dedisse concessisse et presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie Sancti Thome Martiris de Aberbrothoc et abbati et conuentui Deo ibidem seruientibus . ecclesiam de Nig . cum capellis . decimis . et oblacionibus . et omnibus aliis ad ecclesiam illam pertinentibus . adeo libere [etc.] Saluis episcopalibus . iuxta quod continetur in cirographo inter nos facto . et saluis manentibus nobis et successoribus nostris terris predictae ecclesie de Nig . Vt autem hec donacio nostra rata et inconcussa teneatur in postero eam sigilli nostri munimine roborauimus . Testibus . Symone priore Sancti Andree . domino Willelmo de Boscho . et magistro Laurencio . archidiaconis nostris . Petro et Edwardo capellanis nostris . magistro Symone de Sancto Andrea . magistro Adam Ouid . magistro Michaele . magistro Stephano de Lilisclice . magistro Petro de Driburg . magistro Ricardo de Dover . Willelmo de Golin . et Symone de Nusy . clericis nostris . et Dionisio decano de Anegy .

Carta Regis Alexandri de terra de Nig .¹ (A. D. 1233.)

Alexander Dei gracia Rex Scottorum . omnibus [etc.] salutem . Sciant presentes et futuri nos dedisse [etc.] Deo . et Beate Marie . et Sancto Thome Martiri de Abirbrothoc . et monachis ibidem Deo seruientibus et in perpetuum seruituris in dotem ecclesie sue de Abirbrothoc quam dedicare fecimus . totam terram nostram de Nyg . Tenendam et habendam eisdem monachis in liberam puram et perpetuam elemosinam . in boscho et plano . in terris et aquis . in pratis et pascuis . in moris et maresijs . in stagnis et molendinis . cum socco et sacca . cum furca et fossa . cum toll . et teme . et infangandthef . et cum natiuis eiusdem terre . et cum placitis et loquelis ad coronam nostram spectantibus . et cum omnibus aliis iustis pertinenciis suis / quietam ab omni exercitu auxilio consuetudine et omni exactione seculari . Quare volumus [etc.] saluis nobis piscariis nostris quas habere consueuimus in predicta terra de Nyg . Concessimus eciam eisdem monachis ut predictam terram de Nyg habeant in liberam forestam . Quare firmiter prohibemus ne quis sine eorum licencia in eadem terra de Nig secet aut venetur / super nostram plenariam forisfacturam decem librarum . Testibus . A . episcopo Morauensi . W . electo Glasguensi cancellario . W . filio Alani senes-

¹ [From the Registrum Vetus Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

callo iusticiario Scocie . Laurencio de Abirnythy . J . de Maccuswell camerario . R . Avenell . H . de Striuelyn filio comitis . Johanne de Vallibus . David de Hasting . Apud Forfar . tercio die Julij . Anno regni nostri . nono decimo .

Notandum de diuisis et metis terre de Nyg .¹ (A. D. 1281.)

Cum lis moueretur inter Willelmum abbatem et conuentum de Aberbrothoc . ex parte vna . et Philippum de Findon . et Thomam filium Thayni de Kolly . ex parte altera . super quibusdam diuisis terrarum suarum vicinaliter iacencium . Tandem in plena curia iusticiarie coram Domino Hugone Dei gracia episcopo Abirtonensi . Domino Alexandro Cumyn comite de Buchan et tunc iusticiario . Domino Reginaldo le Chen patre . et multis aliis militibus et probis hominibus / inter ipsos super moram de Nyg . die Mercurij in Vigilia Apostolorum Philippi et Jacobi . anno graciae . m^o . cc^o . octogesimo primo . amicabiliter ex consilio vtriusque partis in hunc modum lis mota sopitur . scilicet . Quod ex utraque parte pro bono pacis et finali concordia dictus Abbas pro se et suo conuentu . et dicti Philippus et Thomas pro se et suis heredibus . concesserunt quod ab isto die placitorum vsque in perpetuum . de Glacarethy usque ad riuulum de Aldynny sub via . et sic per illam viam vsque Badvena . et sic ascendendo vsque ad Feth de Bodufygle . inter ipsos . et eorum successores et eorum homines in communi in perpetuum utatur et teneatur . Et hoc exprimitur in rotulis iusticiarij de Kinkardyn .

Assedacio terrarum de Turry Alexandro Fraser .² (A. D. 1312.)

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint / Frater Bernardus permissione diuina Abbas de Aberbrothoc et eiusdem loci conuentus humillimus . Salutem in Domino sempiternam . Sciant nos pensata communi utilitate nostra et monasterij nostri ex unanimi consensu capituli nostri / concessisse Alexandro Fraser filio quondam Domini Andree Fraser militis . pro fidei consilio auxilio suo et labore nobis et monasterio nostro impenso et in posterum impendendo / et pro iure quod habuit vel habere poterit ad pensionem annui redditus de Coneveth sibi factam per Dominum Johannem dudum Abbatem de Aberbrothoc et con-

¹ [From the Registrum Vetus Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

² [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

uentum eiusdem loci / totam terram nostram de Turry . cum suis iustis pertinenciis et oneribus toto tempore vite sue / sicut predecessores nostri et tenentes eorum ipsam terram cum suis libertatibus tenuerunt / Exceptis ac saluis nobis decimis ecclesie nostre de Nyg et statu eiusdem ecclesie in omnibus . Et salua nobis et monasterio nostro post mortem dicti Alexandri integre terra nostra predicta de Turry cum edificiis nunc constructis in eadem et per ipsum et homines suos quos induxerit de cetero construendis . Et sciendum est quod si aliqua decima a populis vel aliud onus extraordinarium per Papam vel clerum predictae terre de Turry imponatur dictus Alexander de hiis non tenebitur respondere . In cuius rei testimonium commune sigillum capituli nostri est appensum . Datum apud Aberbrothoc . die Jouis proxima post festum Translacionis Sancti Thome Martiris anno gracie . millesimo . cccc . Duodecimo .

Litera obligatoria Alexandri Fraser pro assedacione terrarum de Turry . ¹
(A. D. 1312.)

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes litere peruenerint Alexander Fraser filius quondam Domini Andree Fraser militis salutem in Domino . Quia religiosi viri Dominus Bernardus Dei gracia Abbas de Aberbrothoc . et eiusdem loci conuentus concesserunt et saluam tenent in me terram suam de Turry cum pertinenciis pro tempore vite mee prout litere ipsorum mihi super hoc confecte plenius testantur . Ego grato animo promisi et promitto eisdem et per presentes literas fateor me teneri ad prestandum eis et eorum monasterio de cetero fidele consilium auxilium et laborem meum cum necesse fuerit in omnibus agendis suis quociens fuero requisitus et quomodo potero interesse sumptibus monasterij secundum rationabilem modum vocacionis . Salua fide Domini nostri Regis et aliorum dominorum meorum priorum . Et specialiter ad manutenendum et promouendum terras et homines eorundem in iure suo iuxta posse meum . Et super hiis dictis religiosis et eorum successoribus pro tempore mee fidelitatis prestiti sacramentum . resignaui eciam eisdem et per presentes resigno pensionem annuam mihi factam per Dominum Johannem dudum Abbatem de Aberbrothoc et eiusdem loci conuentum . predecessorem videlicet dicti Domini Bernardi . percipiendam de annuo reddito de Coneveth / Ita quod scriptum mihi inde confectum nullius penitus sit firmitatis .

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

In quorum omnium testimonium presentibus sigillum meum est appensum .
Datum apud Aberden / die Jouis proximo ante festum Beate Marie Mag-
dalene . Anno gracie . m^o . ccc^o . xii^o .

Assedacio batelle de Kyncorth Gilberto Arthur et Andree de Kyncorth /
pro termino . xix . annorum . ¹ (A. D. 1436.)

Uniuersis pateat per presentes nos Walterum permissione diuina Abbatem
monasterij Sancti Thome Martiris de Aberbrothoc / et eiusdem loci con-
uentum / ordinis Sancti Benedicti Sancti Andree diocesis / assedasse et
ad firmam dimisisse dilectis nostris Gilberto Arthur et Andree de Kyn-
corth / ac eorum diutius uiuenti / passagium nostrum superius iuxta
terram nostram de Kyncorth / cum omnibus commoditatibus asiamentis et
pertinentiis / pro termino . xix . annorum a data presencium plenarie
complendorum / soluendo inde annuatim predicti Gilbertus et Andreas
vel eorum alter . xviii . solidos et . xii . capones cum oneribus de
dicto passagio debitis et consuetis . Et quod predicti Gilbertus et Andreas
toto tempore assedationis eius facte barcam siue batellam sufficientem et
paratam pro omnibus aduenientibus equestribus et pedestribus recipient
inuenient et sufficienter sumptibus suis sustentabunt et manutenebunt / ac
in exitu assedationis eorum batellam conuenientem pro huiusmodi labore
decenter relinquent et dimittent . Et si predicti Gilbertus et Andreas in
solucione firmarum suarum aut nobis vel nostris inepti fuerint rebelles aut
dampnosi aut conditionem premissam non adimpleuerint licebit nobis et
successoribus nostris de predicto passagio cum pertinentiis ordinare et dis-
ponere pro libito voluntatis nostre / predicta assedatione non obstante .
In cuius rei testimonium sigillum commune capituli nostri presentibus est
appensum . apud monasterium nostrum predictum . nono die Marcij .
anno Domini . millesimo . cccc^o . tricesimo quinto .

Presentacio ecclesie de Nyg . ² (A. D. 1453.)

Reuerendo in Christo patri ac domino / Domino Jacobo Dei gracia Epis-
copo Sancti Andree / Ricardus eadem gratia Abbas monasterij Sancti

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

² [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS. The same chartulary contains a presentation, dated on the thirtieth of October, 1502, in favour of Sir Andrew Scherar, to the same cure and benefice, then vacant by the demission of Master Duncan Scherar.]

Thome Martiris de Aberbrothoc ordinis Sancti Benedicti et eiusdem loci conuentus vestre diocesis . Reuerencias et honores . ad perpetuam vicariam ecclesie parochialis de Nyg vestre dyocesis de iure vacantem per renunciacionem Domini Hugonis de Wellis ultimi vicarij eiusdem / coram notario et testibus sponte factam / et cuius ad nos ius patronatus pleno iure spectare dinoscitur / discretum virum . Dominum Willelmum Scrogdyaconum Aberdonensis dyocesis . vestre reuerende paternitati duximus presentandum / et tenore presencium presentamus . Eandem effectuosius exorantes quatenus prefatum presentatum nostrum ad huiusmodi vicariam cum pertinenciis sic vacantem / seu alias quouis modo / admittere velitis . ipsumque vel procuratorem suum eius nomine in eadem instituere ac alia sibi facere dignemini que vobis incumbunt ex officio pastoralis . Datum sub sigillo nostro communi apud monasterium nostrum de Aberbrothoc antedictum / Vicesimo quarto die mensis Junij anno Domini . m^o . cccc^o . quinquagesimo tercio .

Assedacio ville de Bannagasck Thome Prat facta .¹ (A. D. 1480.)

Uniuersis pateat per presentes nos David Abbatem monasterii de Aberbrothoc [*etc.*] assedasse et ad firmam dimisisse dilecto nostro Thome Prat burgensi burgi de Aberden et suis assignatis [*etc.*] ita quod assignati et coadiutores illi non sint maioris status vel potencie quam ille . Totam et integram villam nostram de Bannagasck cum pertinenciis et decimis garbalibus eiusdem ville / iacentem infra baroniam nostram de Torye . una cum decimis garbalibus villarum nostrarum de Coulle et Carnbrogy infra parochiam nostram de Terwes pro terminis decem et nouem annorum post datam presencium [*etc.*] cum potestate libera husbandos et subtenentes expellendi et imponendi tocies quocies sibi et dictis suis assignatis videbitur expedire sine impedimento aut contradiccione qualicunque . Soluendo inde annuatim dictus Thomas [*etc.*] pro firma dicte ville cum decimis villarum prescriptarum decem et septem libras sex solidos et octo denarios usualis monete Scocie [*etc.*] De quaquidem summa fatemur nos pro redempcione noue prouisionis nostre de curia Romana summam centum et quatuor librarum monete Scocie pre manibus recipisse in plenam solutionem terminorum sex annorum a termino introitus presencium plenarie successive et inconcusse complendorum / de quorumquidem sex annorum integra solutione fatemur nos bene

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

contentos [etc.] Et quia dictum Thomam et assignatos suos nobiscum in curia nostra et aliis conciliis et auxiliis nostris onerare intendimus sump-
tibus et expensis nostris / ipsum ideo et assignatos et coadiutores suos ab
omni onere husbandali exoneramus . Saluo iure regalitatis nostre . In cuius
rei testimonium sigillum commune capituli nostri presentibus est appensum
una cum subscripcionibus nostris manualibus apud Abberbrothock . iiii^{to}.
die mensis Februarij / anno Domini . 1480 .

Assedacio garbarum decimalium terre ecclesiastice ecclesie de Nyg / ma-
gistro Duncano Scheirar canonico Aberdonensi .¹ (A. D. 1484.)

Uniuersis pateat per presentes nos Dauid permissione diuina Abbatem
monasterij Sancti Thome Martiris de Aberbrothoc [etc.] assedasse [etc.]
venerabili viro Magistro Duncano Scheirar canonico Aberdonensi et suis
assignatis uni vel pluribus totas et integras decimas garbales terre ecclesi-
astice ecclesie parochialis de Nyg / Sancti Andree diocesis / cum perti-
nenciis . vulgariter nuncupatis Kerkhil . pro terminis undecim annorum
[etc.] Soluendo inde annuatim [etc.] viginti solidos usualis monete regni
Scocie [etc.] In cuius rei testimonium sigillum nostrum capituli nostri
presentibus est appensum / Apud monasterium nostrum de Abberbrothoc
secundo die mensis Decembris anno Domini . 1484 .

Carta erectionis ville de Torre in burgum in baronia .² (A. D. 1495.)

Jacobus Dei gracia Rex Scottorum omnibus probis hominibus tocius terre
sue clericis et laicis / salutem . Sciatis quod pro singulari deuotione quam
habemus beato martiri Sancto Thome / ac Sancto Fotino patrono ville
de Torry / jacentis infra vicecomitatum nostrum de Kinkardin / ac pro
amore et fauore quos gerimus erga venerabilem patrem David Abbatem
monasterij nostri de Abbirbrothoc / nec non asiamento et supportacione
extraneorum alienorum nostrorumque legiorum in dicta villa hospitandorum /
qui venientes extra Montem versus burgum nostrum de Abyrden aliasue
boreales regni nostri partes propter aeris intemperiem aquam de Dee forte
pertransire non poterunt . Infeodauimus creauimus et fecimus / et hac
presenti carta nostra infeodamus creamus et facimus / dictam villam de
Torry liberum burgum in baronia pro perpetuo . Concessimus eciam / et hac

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

² [From the same.]

presenti carta nostra concedimus / inhabitantibus dictum burgum et in posterum inhabitaturis plenariam potestatem et liberam facultatem emendi et vendendi in ipso burgo vina / cerum / pannum laneum et lineum / latum et artum / aliaque mercimonia quecumque / cum potestate et libertate habendi pistores / et brasiatores / et carnifices / et tam carniū quam piscium macellarios aliosque arcium operarios ad libertatem burgi in baronia qualitercunque spectantes et pertinentes . Concessimus eciam / et hac presenti carta nostra concedimus / ut in dicto burgo sint burgenses . Et iydem / cum consensu dicti Abbatis et successorum suorum qui pro tempore fuerint / potestatem habeant futuris temporibus eligendi balliuos aliosque officarios pro gubernatione eiusdem burgi necessarios . Nec non concessimus et hac presenti carta nostra concedimus burgensibus et inhabitantibus dictum burgum / ut in ipso burgo habeant teneant et possideant pro perpetuo crucem / et forum die Veneris singulis ebdomadis / et nundinas publicas singulis annis in festo / siue die / Sancti Fotini cum quatuor diebus inde proximis sequentibus / cum theoloneis et omnibus libertatibus ad huiusmodi nundinas spectantibus seu iuste spectare valentibus in futurum . Tenendam et habendam predictam villam de Torry in liberum ac merum burgum in baronia / cum suprascriptis priuilegiis libertatibus et concessionibus ac uniuersis aliis libertatibus proficuis commoditatibus et asyamentis ac iustis pertinentiis quibuscunque tam non nominatis quam nominatis ad burgum baronie spectantibus / seu iuste spectare valentibus in futurum . Et adeo libere sicut aliquis burgus in baronia infra regnum nostrum infeodatur seu tenetur / sine reuocacione quacunque . In cuius rei testimonium presenti carte nostre magnum sigillum nostrum apponi precepimus . Testibus reuerendo in Christo patre Guillelmo episcopo Abirdonensi nostri secreti sigilli custode . dilectis consanguineis nostris Archibaldo comite Angusie domino Dowglas cancellario nostro . Patricio comite de Bothvile domino Halis . Alexandro domino Hume magno camerario nostro . Johanne domino Drummonde iusticiario nostro . et dilectis clericis nostris magistris Richardo Murhead decano Glasguensi secretario nostro / et Valtero Drummonde decano Dunblanensi nostrorum rotulorum et registri ac concilij clerico / Apud Monasterium nostrum de Abberbrothok undecimo die mensis Decembris anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto / et regni nostri Octauo .]

NETHER-BANCHORY, OR BANCHORY-DEVENY.



ETHER Banchory hath for its tutelar Saint Devinic.

The church here stands hard on Dee, in The Mernis. It has five silver chalices, made, (under Bishop Halyburton,) out of the offerings of the people by Mr. James Gordon,¹ last parson here.

This parish, being divided by Dee, maintains a ferry-boat for passing to the church. It serves Aberdeen, (in a great measure,) with moss, and abounds both with white and red fish.

Ban-chory signifies the *white choir*, or beautiful church, and indeed seems to have been one of the earliest stone churches here.

At Findon, (a fisher-town here, belonging of old to Menzies of Findon, now to Bannerman of Elsieck, knight,) are taken a sort of little haddocks, named from this place; which are cured so nicely, that they are in much request at Edinburgh, and reckoned tender and sweet as marrow.

There is a causey and port here, built on the highway that leads to Edinburgh, over a moss in one of the Grampian hills, by [the town of] Aberdeen, A.D. M.DC.LXXXIV., for the supporting of which every horse that rides along, pays an acknowledgment.

SAINT TERNAN'S, at FINDON, on a rock.

. at PORTLETHIN, built under King Charles I., by Mr. Robert Buchan of Portlethin, about A.D. M.DC.XXXV.

PITFODDELS, a castle belonging to the Reids,² whose heiress

¹ [Author of "The Reformed Bishop: or, XIX Articles tendered by φιλαρχαίος, a well-wisher to the present government of the Church of Scotland (as it is settled by law), in order to the further establishment thereof. Printed for the Author, Anno Dom. 1679." 8vo.]

² ["28 Junij 1640. Doctore Gulielmo Guild moderatore. The session wnderstanding that some capitanes and gentilmen of the regiment of sojeris lying in this tovn had tein some offence at the porttrat of wmqubhill Alexander Reid sometyme of Petfoddels as smelling somequhat of poprie and standing aboue the session hous door fior removeing of the

Chappels.

Mannors.

Anent ane
portrat "

one of the Menzieses, (descended of Weem in Perthshire,) married, and so got that land; whence that family, seated at Maryculter, is now named. The traces of it only are seen, on a hill hard on the north bank of Dee.

CULTS. the work and seat of Mr. Robert Irwin, son to John Irwin of Murthil, in Peterculter, of Drum's family. Near it are three cairns, where it's said there was a battle between the Scots and Piets; and Our Lady's Well, formerly much resorted to in May as medicinal.

PORTLETHIN, (built by him who built the chappel here,) now purchased by one Thomson, town-clerk of Aberdeen.

AUCLUNIES, lately belonging to Collison of Auchlunies, (of which their family there have been fifteen generations,) whom I suppose to have been chief of that name, which was one of the chief in Aberdeen.

BANCHORY, built by one Crookshank, an Aberdeen merchant, and now possessed by James Gordon, son to Gordon of Ardmelie, in Saint Marnan's parish.

AUCHORTIES, Irwin's of Kincaussie.¹

quhilk offence Ordaines the said portrat to be tein down and not to be sett wp again." Register off the Kirk Sessioun of the Burgh of Aberdene, vol. iv., MS.]

Edwardus Dei gratia Rex Anglie [*etc.*] et superior Dominus regni Scotie dilecto et fideli suo Johanni eadem gratia Regi Scotie illustri salutem . Cum Dominus Ericus Rex Norwagie nuper in curia nostra coram nobis apud Berewyk super Twedam per considerationem ejusdem curie recuperasset seisinam suam versus venerabiles patres Willelmum Sancti Andree et Glascuensis episcopus ac socios suos tunc custodes regni Scotie de quibusdam redditibus quos bone memorie Alexander nuper Rex Scotie predecessor vester concessit et assignavit prefato Regi Norwagie in maritagium cum Margareta ejusdem Alexandri Regis filia in Roscemay Moraviensis diocesis in balliva de Banef . et de Balehelwy in vicecomitatu de Aberdeen . et de Badkedde et de Rathou in vicecomitatu de Edinburgh . habentibus eidem Regi Norwagie et Margarete et heredibus suis de ipsorum corporibus procreatis pro septem milibus marcarum que eidem Regi Norwagie a retro esse dicebantur de quatuordecim milibus marcarum sibi per eundem Regem Alexandrum pro eodem maritagio concessarum . ac eidem Regi de redditibus illis postquam dicti regni Scotie gubernacula suscepistis non sit in aliquo ut asserit satisfactum . Vobis mandamus rogantes quatinus prefato Regi Norwagie de redditibus predictis juxta considerationem predictam quam idem Rex penes se habet sub sigillo nostro de tempore quo dicti regni regimen habuistis taliter satisfieri faciatis quod nos manum ad hoc apponere non cogamur . Teste Rege apud Westmonasterium xvj die Novembris .

Carta Hugonis de Barclay militis et Elene sponse sue .² (A. D. 1323.)

Robertus *etc.* Sciatis nos *etc.* confirmasse Hugoni de Barclay militi dilecto et fideli nostro pro homagio et servitio suo villam The . dominium thanagij de Balhelvy cum rectis metis et divisis suis . terram de Westertoun

¹ [From the Rotuli Scotiæ in Turri Londinensi et in Domo Capitulari Westmonasteriensi asservati, vol. i., p. 19 a. Printed by command of His Majesty King George III. 1814. fol. See also pp. 14 b, 16 a.]

² [From the Earl of Haddington's Collection of Charters, vol. ii., p. 48. MS. Advocates Library. In a roll of missing charters of King Robert I. are "Carta Walteri Barclay de Thenagio de Balhelvie, in vicecomitatu de Aberdeen";—"Carta Hugonis Barclay of the Thanage of Balhelvie";—"Carta Hugonis Barclay of Fintriegask and Balmaly in Buchaenward in vicecomitatu de Banf." Robertson's Index to the Charters, pp. 2, 17.]

inferiori et de Westertoun superiori cum pertinentiis · terram del Keer · et terram de Egi cum pertinentiis / per suas rectas metas et divisas infra dictum thanagium de Balheluy · una cum multuris earundem terrarum · bracina et officio fabri earundem · et officio Serjandi et cum cana terre ecclesie de Balheluy · in extentum quadraginta librarum terre et redditus · Tenendas et habendas eidem Hugoni et Helene sponse sue et heredibus inter ipsos legitime procreandis / de nobis et heredibus nostris in feodo et hereditate [*etc.*] in unam liberam baroniam / cum furca et fossa · thole et theame · sok et sak · et infangandtheif · libere · [*etc.*] Faciendo inde [*etc.*] dicti Hugo et Helena sponsa sua [*etc.*] tres sectas per annum ad curiam nostram vicecomitatus de Aberdene ad tria placita capitalia singulis annis tenenda ibidem · et Scoticanum servitium quantum pertinet ad quadraginta libras terre · Et volumus si contingat / quod absit / quod prefatus Hugo et Helena sponsa sua predicta absque heredibus de eorum corporibus existentibus et permanentibus in fata decedant quod omnes terre predictae cum pertinentiis suis ad nos et heredes nostros libere reuertantur · In cuius rei *etc.* · xiii^o die Septembris · Anno regni nostri · xviii ·

Carta Johannis de Inuerpefire et Cristiane de Sancto Michaele · ¹ (A. D. 1365.)

Dauid Dei gracia · Rex · Scottorum / Omnibus [*etc.*] Sciatis nos dedisse [*etc.*] dilecto et fideli nostro · Johanni de Inuerpefire et Cristiane de Sancto Michaele sponse sue consanguinee nostre pro ipsius Johannis homagio et seruicio suo totam medietatem nostram terre de Coneuathe cum pertinentiis infra vicecomitatum de Banf / ac totam medietatem nostram terrarum de duabus Logy Ardachis cum pertinentiis infra vicecomitatum de Abirdene · Tenendas et habendas eisdem Johanni et Cristiane sponse sue et eorum alteri diucius viuenti heredibusque inter ipsos legitime procreatis vel procreandis / de nobis [*etc.*] Ita · libere · quiete · [*etc.*] sicut quondam Philippus de Melgdrum miles pater et quondam Andreas de Melgdrum · frater predictae Cristiane dictas terras [*etc.*] tenuerunt [*etc.*] quibus vero · heredibus inter predictos Johannem · et Cristianam forte

¹ [From the Registrum Magni Sigilli, p. 43. In a roll of lost charters by King David II. is "Carta to Mary Meldrum, spouse to Philip Meldrum, of the lands of Logyardoch and Craige in vicecomitatu de Aberdeen." Robertson's Index to the Charters, p. 56.]

deficientibus · volumus quod dicte medietates [*etc.*] ad nos [*etc.*] reuertantur · Faciendo [*etc.*] tale seruicium quale dicti quondam Philipus et Andreas pro dictis terris fecerunt dum superstites exstiterunt · In cuius rei *etc.* Testibus *etc.* · Apud Munros vltimo die Marci · Anno · regni nostri Tricesimo · Sexto ·

Carta domini Alexandri Senescalli · ¹ (A. D. 1379.)

Robertus *etc.* · Sciatis nos *etc.* · dilecto filio nostro Alexandro Senescalli militi domino de Badenach terras de Balheluy cum pertinenciis infra vicecomitatum de Aberden / que fuerunt Willelmi de Fodringhay militis / et quas idem Willelmus [*etc.* nobis sursum reddidit] Tenendas et habendas eidem Alexandro et heredibus suis ac suis assignatis de nobis et heredibus nostris in feodo et hereditate *etc.* · Soluendo Johanni de Abrenethy militi annuatim annuum redditum sibi debitum de terris supradictis / et faciendo inde nobis seruicium debitum et consuetum · In cuius *etc.* Testibus *etc.* · Apud Methfen xvij^o die mensis Octobris / Anno regni nostri Nono ·

Altera carta eiusdem domini Alexandri Senescalli · ² (A. D. 1379.)

Robertus *etc.* · Sciatis *etc.* · dilecto filio nostro Alexandro Senescalli militi domino de Badenach medietatem terrarum de Conwathe cum pertinenciis infra vicecomitatum de Banf / et medietatem terrarum de Logyardache cum pertinenciis infra vicecomitatum de Aberden / quas terras cum pertinenciis Willelmus de Fordringhay miles non vi aut metu ductus *etc.* · [nobis sursum reddidit] · Tenendas et habendas eidem Alexandro heredibus suis et suis assignatis de nobis et heredibus nostris in feodo et hereditate *etc.* · Reddendo inde nobis et heredibus nostris [*etc.*] annuatim vnum denarium

¹ [From the Registrum Magni Sigilli, p. 152. In a roll of lost charters of King David II. is "Carta to William Fodringhay, of the lands of Balhelvie, in vicecomitatu de Aberdeen." Robertson's Index to the Charters, p. 52.]

King David II. granted a charter "to Laurence Gillebrand, of anc 20 l. pension out of Balhelvie in Aberdeen." (*Id.* p. 50.)

King Robert III. granted a charter "to Walter Tullach, of the lands of Polnave, of some lands in Balhelvies, given to him by John Lyon of Glamis." (*Id.* p. 147)]

² [From the Registrum Magni Sigilli, p. 152. In a roll of lost charters of King David II. is "Carta to William Fodringhay, of the lands of Conwache in vicecomitatu de Banf, and Lochyardoch in vicecomitatu de Aberdeen." Robertson's Index to the Charters, p. 36.]

argenti in villa de Aberden nomine albe firme *etc.* In cuius *etc.* Testibus *etc.* Apud Perth xvij^o die Octobris anno regni nostri ix^o.

Confirmacio carte Johannis Fraser . ¹ (A. D. 1400.)

Robertus Dei gracia Rex Scotorum . Omnibus [*etc.*] Sciatis nos quamdam cartam Johannis Bonville filii et heredis quondam Johannis Bonville de Balhelvy Bonville . factam et concessam dilecto nostro et fideli Johanni Fraser de Forglen super vendicione terrarum . de Balhelvy Boneville . Colynstoun . et duabus villis de Ardendrachtys . vna cum tenandiis suis de Blaretoun . de Many . et de Achlochery cum pertinentiis iacentium . infra vicecomitatum de Abirdene / de mandato nostro visam lectam [*etc.*] intellexisse et inspexisse ad plenum in hec verba / Omnibus hanc cartam visuris uel auditoris . Johannes de Boneville . filius et heres quondam Johannis de Boneville de Balhelvy Boneville eternam in Domino salutem / Vestra nouerit vniuersitas dedisse [*etc.*] nobili viro Johanni Fraser domino de Forglen omnes terras meas de Balhelvy . Boneville . Colynstoun . et duas villas de Ardendrachtys . vna cum tenandiis suis de Blaretoun de Many et de Achlochery cum pertinenciis in vicecomitatu de Aberdene . pro quadam summa pecunie michi in mea vrgenti et pregrauis necessitate pre manibus plenarie persoluta / Tenendas et habendas [*etc.*] prefato Johanni Fraser [*etc.*] de domino de Balhelvy Berclay . domino superiori dictarum terrarum et tenandiarum in feodo et hereditate . a . me et heredibus meis [*etc.*] Faciendo inde annuatim dictus Johannes Fraser [*etc.*] domino superiori dictarum terrarum et tenandiarum tres sectas curie ad tria placita capitalia tenenda apud Balhelvy Berclay / cum seruicio forinseco domini nostri Regis [*etc.*] In cuius rei testimonium . presenti carte mee sigillum meum apposui . Et pro maiori securitate et euidencia sigilla nobilium Willelmi de Berclay domini de Tolly . et Thome Fraser domini de Corntoun cum instancia presentibus apponi procurauit . Hiis testibus . dominis Thoma de Haya constabulario Scocie . Jacobo Fraser domino de Ferendracht . Alexandro Fraser domino de Fillortht / vicecomite de Abir-

¹ [From the original in the charter room at Slaines Castle. In a roll of missing charters by King Robert I. are "Carta to John Bonevill, the lands of Blairtoun, and the davach land of Many, in the thanedom of Balhelvie in vicecomitatu de Aberdeen";—"Carta to John Bonevill, of the lands of Colstoun, the two towns of Ardendrachtis, infra comitatum de Buchan";—"Carta Joannis de Bonevillie, militis, of the lands of Collistoun, and two rounes de Ardendrachtis." Robertson's Index to the Charters, pp. 16, 17, 21.]

dene . Johanne de Keth domino de Inuerogy . Alexandro Berclay domino de Kercow . Andrea de Turyne domino de Fovern . Thoma de Lask domino eiusdem . cum multis aliis . Datum apud Forglen octauo die mensis Januarij . Anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo octauo / . Quam quidem cartam [etc.] approbamus [etc.] imperpetuum confirmamus . Saluo seruicio nostro . In cuius rei testimonium presenti carte nostre confirmacionis / nostrum precepimus apponi sigillum . Testibus venerabilibus in Christo patribus . Waltero episcopo Sanctiandree . Gilberto episcopo Abirdonensi . cancellario nostro / carissimo primogenito nostro Dauid duce Rothesaie . comite de Carriet et Atholie / Roberto duce Albanie comite de Fif et de Menteth . fratre nostro germano / Archebaldo comite de Douglas domino Galwydie . Jacobo de Douglas domino de Dalketh / et Thoma de Erskyne consanguineis nostris dilectis militibus . Apud . Lithqu quarto die mensis Junij . Anno gracie millesimo quadringentesimo . Et regni nostri vndecimo .

Inquisicio Gilberti Waus de Many . ¹ (A. D. 1509.)

Inquisicio facta apud burgum de Aberdene decimo septimo die mensis Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo nono Coram honorabili viro Alexandro Bannirman de Watertoun vicecomitis deputat o de Abirdene / In pretorio burgi de Abirdene in curia capitali pro tribunali sedente / per subscriptos . videlicet . Georgium Meldrum de Fyvie . Johannem Gordone de Lumgair . Johannem Mowat de Loscragy . Johannem Forbes de Echt . Patricium Steuart de Latheris . Andream Tulidef de eodem . Henricum Forbes de Kynnellour . Alexandrum Mortymer de Cragyuere . Willelhum Turing de Foverne . Thomam Meldrum de Edane . Johannem Skeine de Ouchterarne . Johannem Troup de Commolegy . Willelhum Buchane de Auchnacoy . Johannem Dumbreck de eodem . et Duncanum Strathachin de Glenkindy . Qui jurati dicunt / quod quondam Gilbertus Waus auus Gilberti Waus latoris presencium obiit vltimo vestitus et sasitus / vt de feodo ad pacem et fidem Domini nostri Regis / de officio Hostiarie Skacarii siue Capelle Suppremi Domini nostri Regis . cum feodis liberis consuetudinibus libertatibus asiamentis cum suis pertinentiis / Et quod dictus Gilbertus est legitimus et propinquior heres eiusdem

¹ [From the Libri Actorum Curiae Vicecomitatus de Aberdene, vol. i., MS.]

quondam Gilberti aui sui de dicto officio cum pertinentiis Et quod est legitime etatis Et quod dictum officium valet nunc per annum seruicium Et valuit tempore pacis idem Et quod tenetur in capite de Supremo Domino nostro Rege per seruicium debitum et consuetum Et nunc existit in manibus Supremi Domini nostri Regis legitime per seipsum per spacium septem annorum per decessum dicti quondam Gilberti aui sui in defectu veri heredis jus suum hucusque minime prosequentis Datum et clausum *etc.*]

PETER CULTER.



PETER CULTER, of old Culter, stands hard on Dee, in Mar. Its tutelar is Saint Peter the Apostle.¹

CULTER. Under King Alexander II., Alan Wauchop got these lands; but they afterward past with a daughter of Sir Adam Wauchop, to Cumming of Inverallachy.² The Cummings possessed it till A. D. M.DCC.XXVI., that

¹ [“ The nearest well to the church is called *Peter’s Well*. A few paces from the church there is a high and steep bank, called *Peter’s heugh*.” Statistical Acc. of Scot., vol. xvi., p. 359. Edinb. 1795.]

² [A brief genealogy of the family of Cumyn of Culter will be found in Nisbet’s *Heraldry*, vol. ii., appendix, pp. 56, 57. The writer says, “ the plain arms of Cumin earl of Buchan, as I am informed, are to be seen in the great hall of Inverallachy, the old mansion house of the predecessors of Cumin of Coulter, now possessed by the Frasers : as also the same plain arms are to be seen on the House of Coulter, supported by two ostriches ; crest, a garb, or : motto *Courage*.” A short poem by “ Sir Alexander Cumin, of Coutter, Knight,” is printed in *Funerals of a Right Reverend Father in God Patrick Forbes of Corse, Bishop of Aberdene*, pp. 406, 407. Aberdene, Imprinted by Edward Raban, 1635. 4to. The Parson of Rothiemay speaks of him as “ a gentleman whose meanes and estate held no proportion with his old descent, which made him capable of a far greater estate then any that he possessed.” *Gordon’s Memoirs of Scots Affairs*, vol. iii., p. 199.]

Carta Regis Willelmi super ecclesia de Kultre .¹ (1165—1199.)

. Willelmus . Dei gracia Rex Scottorum . Omnibus probis hominibus tocius terre sue . Sciant presentes et futuri me . dedisse . et concessisse . et hac presenti carta confirmasse . Deo . et ecclesie Sancte Marie de Kalchou . et monachis ibidem Deo seruientibus . ecclesiam de Kultre iuxta Abirdene . Tenendam in liberam et perpetuam elemosinam . cum decimis . et oblacionibus omnimodis . et cum omnibus aliis ad ipsam ecclesiam iuste pertinentibus . Ita libere . quiete . plenarie . et honorifice . sicut alias ecclesias et elemosinas suas liberius . quocius . plenius . et honorificentius . tenent et possident . Hiis testibus . *etc.*

Confirmacio super ecclesia de Cultir cum pertinenciis .² (1178—1199.)

Matheus Dei gracia Aberdonensis episcopus . omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem . Sciant presentes et futuri nos concessisse et hac carta nostra confirmasse . Deo et ecclesie Sancte Marie de Kelchou . et monachis ibidem Deo seruientibus . ecclesiam de Culter . in liberam et perpetuam elemosinam [*etc.*] Quare uolumus [*etc.*] Testibus . Ricardo episcopo Moraue . Widone abbate de Lundors . Symone archidiacono de Aberdone . Rogero decano . Hugone capellano et clerico Regis . Willelmo . Waltero . Roberto . Galfrido . Andrea . capellanis episcopi .

Confirmacio super ecclesia de Culter cum pertinenciis .³ (1178—1199.)

Mattheus Dei gracia Aberdonensis ecclesie minister humilis . Vniuersis sancte matris ecclesie filiis salutem . Sciant presentes et futuri nos dedisse [*etc. ut supra*] . Saluis episcopalibus . Concedimus eciam eis eiusdem

¹ [From the Liber Sancte Marie de Calchou, MS., Advocates' Library.]

² [From the same.]

³ [From the same. In this chartulary there are three confirmations of the same church by Gilbert, Bishop of Aberdeen. The witnesses to the first and second are "Domino Malcolmo archidiacono . Magistro Alexandro decano . Magistro Willelmo thesaurario . Magistro Roberto de Leicestre . Domino Jurdano capellano nostro . Domino Eduardo canonico . Symone de Striuelyn .;"—to the third "Magistro Onero archidiacono . Roberto decano . Joanne decano de Buchan . Waltero persona de Fiwin . Willelmo capellano ."]

ecclēsie beneficia in proprios vsus conuertere . et capellanos instituere .
 Testibus . Simone archidiacono . Roberto decano . Willelmo . et Wal-
 tero . capellanis . Matheo clerico . Willelmo persona de Aberdone .
 et aliis .

Super admissione Alani de Soltre capellani ad uicariam ecclēsie nostre
 de Culter . ¹ (1239—1240.)

Radulphus miseracione diuina Aberdonensis episcopus . Omnibus presens
 scriptum inspecturis uel audituris eternam in Domino salutem . Nouerit
 vniuersitas uestra nos / ad presentationem Abbatis et monachorum de Kal-
 chou . admississe . Alanum de Soletre capellanum . ad uicariam ecclēsie sue
 de Culter eidem Abbati et monachis in proprios usus confirmate . Quare
 uolumus ut dictus Alanus uicarius nobis de cura animarum . et de spiritua-
 libus . respondeat . et dictis Abbati et monachis de temporalibus . scilicet .
 de decem et octo marcis annuis pro decimis garbarum quas de eis ad
 firmam tenet in suo proprio satisfaciatur . In cuius rei testimonium presens
 scriptum sigilli nostri impressione duximus roborandum . Hiis testibus .
 uenerabilibus . A . et . J . de Abirbrothoc et de Lundors abbatibus .
 domino Malcolmo archidiacono nostro . magistro . R . officiali nostro .
 magistro . W . de Bosco . domino . J . de Soletre . et multis
 aliis .

Super donacione predicte ecclēsie predicto Alano . ² (A. D. 1240.)

Omnibus presens scriptum uisuris uel audituris . Hugo permissione diuina
 Abbas de Kelchou . et eiusdem loci conuentus . eternam in Domino .
 Salutem . Noueritis nos . anno gracie . m^o . cc^o . xl^o . ad festum
 Sancti Joannis Baptiste . dedisse concessisse et presenti carta confir-
 masse . Alano de Soletre . capellano et fideli clerico nostro . uicariam
 ecclēsie nostre de Culter cum omnibus iustis suis pertinenciis . Reseruatis
 nostris omnimodis decimis garbarum eiusdem ecclēsie . quas eidem Alano
 in suo proprio concessimus ad firmam pro decem et octo marcis nobis
 annuatim soluendis ad duos terminos . uidelicet . medietatem ad Ascen-
 sionem Domini et medietatem ad Assumpcionem Beate Marie Uirginis .
 Memorandum tamen quod secundus terminus solucionis diete firme de anno

¹ [From the Liber Sancte Marie de Calchou, MS.]

² [From the same.]

precedente semper debet intelligi . Dictus uero Alanus dicte ecclesie honeste faciet deseruiri et de omnibus episcopalibus dictam ecclesiam contingentibus plene respondebit . Ad ista eciam omnia predicta fideliter obseruanda / et quod dictam firmam sine malo ingenio et absque omni contradictione et caullacione persoluet . idem . A . coram uiris uenerabilibus de Aberbrothoc et de Lundors abbatibus . corporale prestitit iuramentum . In cuius rei testimonium presenti scripto in modum cyrographi confecto et penes capitulum nostrum residenti ad petitionem ipsius . A . sigillum uenerabilis uiri domini . A . Aberbroth . una cum sigillo domini . J . abbatis de Lundors est appositum . Alteri uero parti penes dictum Alanum residenti sigillum capituli nostri apposimus . Hiis testibus . magistro Hugone de Bosco . magistro Willelmo de Bosco . magistro Ricardo officiali de Aberdeen . domino . J . de Soltre fratre dicti . A . uicarii . et multis aliis .

Quod ecclesia de Cultre est nobis in proprios usus . ¹ (A. D. 1250.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti . Amen . Nos . A . cancellarius Morauię . R . thesaurarius . et magister Joannes de Euerley canonici Dunkeldenses . in ecclesia de Benkori Tarnin constituti . anno gracie . m^o . cc^o . Quinquagesimo . die Mercurii proximo post festum Sancti Petri ad uincula . presentibus procuratoribus Abbatis et conuentus de Kalchou . mandato Appostolico et instrumentis eorum que habent super ecclesiam de Cultur in episcopatu Aberdonensi diligenter sollicitęque inspectis . habito prudentum virorum et iurisperitorum consilio . euidenter perpendimus predictam ecclesiam nullo iure sibi esse pensionariam sed in usus proprios canonicę deputatam . Unde auctoritate Appostolica nobis in hac parte commissä . inuiccionem quam fecit uenerabilis pater Episcopus Abirdonensis vicario suo de Cultur et parochianis eiusdem ecclesie de redditu suo et firma eis non soluendis sentencialiter penitus reuocamus . reseruata nobis potestate cohercendi contradictores et rebelles si qui fuerint in posterum .

Litera super libertates spectantes ad ecclesiam de Culter . ² (1221—1239.)

Omnibus has literas visuris vel audituris . Gauterius Byseth eternam in

¹ [From the Liber Sancte Marie de Calchou, MS.]

² [From the same. See Morton's Monastic Annals of Teviotdale, pp. 144, 171, 179. Edinb. 1832. 4to.]

Domino salutem · Notum sit vniuersitati vestre quod ego in manu domini Herberti abbatis de Kelchou in pleno capitulo Kalchoensi · affidauī pro me et pro omnibus heredibus et successoribus meis · et sacramento me obligauī · firmiter obseruare libertates ad ecclesiam suam de Cultir spectantes · et indemnitatem in omnibus et per omnia · ne occasione quoque opus Templariorum in territorio predictę ecclesie de Culter construxi aliquid pereat de rebus vel de iure quod ad eandem ecclesiam consueuit · vel dinoscitur pertinere · Ut autem presenti pagine fides firma adhibeatur eandem sigilli mei auctoritate roborauī · et dominum meum Regem Alexandrum per instanciam confirmare feci · Coram hiis testibus · domino Roberto cognato meo · Willelmo Mautolent · Ada de Bernewile · Ada de Heriche · Ricardo et Johanne de Bowilden seruientibus Abbatibus de Kelchou · et aliis ·

Composicio inter nos et Magistrum et Fratres Templi Jerosolymytani · in Scotia · super ecclesia de Cultr · ¹ (A. D. 1287.)

Memorandum quod cum coram de Jeddeword et de Sancta Cruce monasteriorum Abbatibus / iudicibus a sede Appostolica delegatis et eorum commissariis · ac demum coram Subpriorē et Sacrista de Dryburch eorundem commissariis · totaliter et in solidum fuisset questio aliquandiu agitata inter viros religiosos Abbatem et conuentum Monasterii de Kalchou / actores ex parte una · et Magistrum et Fratres milicie Templi Jerosolymytani in Scotia / reos ex altera · · Super capella domus Templi ecclesie de Cultr Abirdonensis dyocesis · quam dicti Abbas et conuentus de Calchou in parochia de Cultr Aberdonensis dyocesis / quam se in usus proprios canonicę optinere dicebant / de nouo constructam esse asserentes · auctoritate cuiusdam priuilegii / ut nullus in parochiis ecclesiarum quas in proprios usus optinent ecclesiam vel capellam preter eorum assensum de nouo edificare valeat / sibi a felicis recordacionis papa Urbano quarto indulti · decerni pecierunt sentencialiter fore diruendam · · Nec non super decimis maioribus et minoribus · ac obuencionibus omnimodis · prouenientibus / tam de terris et culturis propriis eorundem Magistri et Fratrum / quam de aliis bonis suis omnibus infra dictam terram suam de Cultr existentibus · quas iidem Abbas et conuentus ad dictam ecclesiam parochialem de Cultr spectare · et a Magistro et Fratribus predictis occupatas et iniuste

¹ [From the Liber S. Marie de Calchou, MS.]

detentas esse asserentes · sibi nomine dicte ecclesie parochialis de Cultir restitui peccerunt · et ipsos Magistrum et Fratres ad earum restitutionem sentencialiter condemnari et compelli · · Exhibuerunt Magister et Fratres predicti quedam priuilegia sedis Apostolice / ex quorum inspectione constare videbatur Fratribus sui ordinis generaliter esse indultum ab antiquo · Quod liberi sint et exempti a prestacione decimarum tam de terris suis quas ad culturam deduxerunt et deducunt / quam de terris illis quas propriis manibus ac sumptibus excolunt / nec non de ortis · virgultis · molendinis · pratis · eciam et piscariis suis · ac animalium suorum nutrimentis · Quodque liceat eiusdem ordinis Fratribus in terris desertis · sibi pia deuotione collatis · ecclesias seu capellas · et cimiteria · pro se et hominibus suis ibidem manentibus · in terris aut culturis sibi iusto titulo collocatis / pro se ac familia sua et transeuntibus fabricare · · Proponendo se / huiusmodi priuilegiorum auctoritate / dictam capellam liberam pleno jure apud domum suam de Cultir · cum cimiterio · et baptisterio eiusdem · nec non decimas et obuenciones omnimodas de ortis · virgultis · molendinis · pratis · piscariis · et culturis propriis · ac etiam animalium suorum nutrimentis · nec non de terris suis · scilicet · de Tulischeyerit · et Blaris · sibi de foresta Regis dum deserte fuerant et inculte collatis / quadraginta annis et amplius pacifice possedisse · · Proposuerunt eciam quod suis hominibus in aliis terris suis · scilicet · de Kincolsi · Escentully · et de utraque Deliburry · manentibus / quos temporaliter fouere tenentur et tueri / sepulturam ecclesiasticam · baptismum · et alia sacramenta ecclesiastica · instanter petentibus cum egerent / negare non poterant nec debebant · Tum quod iidem homines eciam volentes ad dictam ecclesiam parochialem de Cultir / trans flumen grande sitam / venire · propter magnitudinem illius fluminis intercurrentis / pontem vel pontonem non habentis / perraro accedere possunt et poterunt ab antiquo · propter quod tam corporum quam animarum hominum ipsorum frequens periculum haecenus imminere · Tum eciam quod ipsi Fratres Templi terras predictas / in quibus iidem homines commorantur / propriis suis sumptibus et laboribus ad culturam primitus redigerunt · propter quod / secundum tenorem priuilegiorum predictorum / licite dicebant iis decimas et ecclesiasticas obuenciones omnimodas terrarum ipsarum utpote incultarum et desertarum libere suis usibus applicare · · Tandem / ut omnis materia questionis super premissis inter partes predictas in perpetuum tolleretur · auctoritate Subprioris et Sacriste de Dryburch commissariorum supradictorum interueniente · Partes predictae super premissis ani-

cabiliter composuerunt in hunc modum · videlicet · · Quod Magister et Fratres predicti capellam suam predictam pleno jure liberam habeant in perpetuum · cum cimiterio · et baptisterio eiusdem · pro se et familia sua · et transeuntibus · ac eciam pro hominibus pro tempore manentibus in terris suis predictis / sibi de foresta Regis dicto modo collatis · · Nec non decimas et obuenciones omnimodas / tam de propriis culturis · moleninis · piscariis · pratis · et animalium suorum nutrimentis · ac aliis bonis suis propriis omnibus / quam de predictis terris sibi de foresta Regis collatis · et hominum in eisdem terris pro tempore manencium · libere · et quiete · habeant et percipiant in perpetuum / secundum tenorem priuilegiorum suorum · · Jus eciam parochie et decimarum et obuencionum / quod et quale dictum monasterium de Kalchou et eiusdem loci Abbas et conuentus habuerunt / aut habere poterunt · in aliis terris Magistri et Fratrum predictorum · scilicet · de Kincolsy · Escently · et de utraque Dalbury · appropriabunt et consolidabunt iidem Magister et Fratres predictae capelle sue in perpetuum / propter causas superius assignatas · Et idem jus adeo liberum sicut ipsam capellam / saluo jure vicarii perpetui parochialis ecclesie de Cultry / habebunt et tenebunt in perpetuum · Reddendo predicto monasterio de Kalchou annuatim / pro recompensacione fructuum et prouentuum quos idem monasterium de terris predictis · Kincolsy · Escently · et de utraque Dulliburry · et hominibus habitantibus in eisdem nomine decimarum et obuencionum percipere consueuit / octo marcas · et dimidiam · sterlingorum annuas in domo Templi de Blantrodoc / ad festum Sancti Jacobi cuiuslibet anni / termino prime solucionis incipiente in festo Sancti Jacobi Apostoli anni Domini · mⁱ · ccⁱ · LXXX^m Octauⁱ · · Et ut dicta composicio rata et firma et inconcussa inperpetuum permaneat / partes predictae se ad ipsius composicionis obseruacionem / tam juramento corporaliter prestito / quam legitima stipulacione obligarunt · Et nichilominus per stipulacionem legitimam sibi inuicem alternatim soluere promiserunt interesse / tocies per partem dictam compositionem ipsam fideliter obseruantem exigendum · quociens partem alterutram contra compositionem predictam in aliquo venire seu contra eam praua machinacione quicquid attemptare contingerit / rata nichilominus manente in omnibus composicione supradicta · Adjicientes et specialiter concedentes quod huiusmodi interesse quociens commissum fuerit probetur solo sacramento procuratoris partis sepedictam compositionem obseruantis · · Et ad maiorem huius composicionis securitatem / partes prenominatae renunciauerunt

in hac parte / pro se et successoribus suis inperpetuum / excepcioni doli condicioni ex lege et sine causa vel iniusta causa beneficio restitutionis in integrum et nouarum constitutionum / literis eciam Appostolicis super bonis alienatis et distractis . nec non graciis indulgenciis et priuilegiis contra compositionem presentem / ab eadem sede optentis et optinendis . ac omni accioni et excepcioni . consuetudini et statuto . nec non omni cauillationi et impugnacioni . ac omnibus auxiliis et remediis . tam juris quam facti . quibus dicta compositio et eius effectus possent infirmari vel impugnari . seu impediri vel differri . . Ad hec predicti Abbas et conuentus / una cum predictis Magistro et Fratribus / procurabunt et facient quatenus in eis est supplicando quod Episcopus Aberdonensis supradictam compositionem / pro se et successoribus suis / ratificabit et approbabit . et quod decanus et capitulum Abirdonense supradictis ratificationi et approbacioni confirmatorium consensum prestabunt . . In cuius rei testimonium . Parti huius instrumenti cyrographati bipartiti penes dictos Magistrum et Fratres residenti / sigillum commune monasterii de Kalchou et sigilla predictorum Subprioris et Sacriste commissariorum sunt appensa . Parti vero penes dictum monasterium de Kalchou residenti / appensa sunt sigilla Magistri domus Templi in Scocia . et commune sigillum Temple Anglie . et commissariorum predictorum . . Datum / apud Laweder . . Die Martis . proximo post festum Omnium Sanctorum . . Anno Domini . m^o . ccc^o . lxxx^{mo} . Septimo .

Carta Roberti de Waluchop.¹ (A. D. 1247.)

· Alexander · Dei gracia Rex Scotorum · omnibus probis hominibus tocius terre sue salutem · Sciant presentes et futuri nos dedisse [*etc.*] Roberto de Waluchop · filio Allani de Waluchop · pro homagio et seruicio suo · terram de Tulinaeboi · per has diuisas · videlicet · de Blan Macogamger versus terram Episcopi Sancti Andree · de Glascul · et sic usque ad lacum de Bencher · et de eodem lacu usque ad Tuboinsby · et sic usque Starnamoneth · intrando et exeundo per viam de Starnamoneth · et per mediam forestam nostram usque Burin · et illam piscariam de Burin quam bondi nostri habere solebant dum eadem terra fuit in manu nostra · et sic ex alia parte de Starnamoneth usque Pulnacoy · et sic per viam siccam de Pulnacoy usque riuolum de Paforyn · et sic in aquilonari parte eiusdem riuoli as-

¹ [From a transumpt printed in the *Archaeologia Scotica*, vol. i., pp. 366, 367.]

cendendo per viam siccam usque Kolnkrants . et sic de Kolnkrants usque
 ad terram de Gerinto que est Allani Hostiarii . Dedimus eciam concessimus
 et hac nostra carta confirmamus eidem Roberto de Waluchop . terras de
 Culter . et de Aroboyk . per has diuisas . videlicet . de Camrisilick us-
 que Technabrodach . et de Technabrodach usque ad riouolum de Cardani .
 et sic ascendendo usque ad Spelancus Ulpin versus terram Episcopi de
 Aberden . Tenendas et habendas [*etc.*] Faciendo nobis et heredibus nos-
 tris terciam partem seruicii unius militis et forinsecum Scoticanum quantum
 pertinet ad predictas terras . Testibus . Alexandro Cumin comite de Bu-
 chane . Roberto de Ros . Nicholao de Soulis . Roberto de Ellemers .
 Bernardo de Upellars . et Willelmo Olifard . Apvd Rukisbrugh . sexto
 decimo die Octobris . Anno regni nostri . Tricesimo Tercio .

Decreitt gevin aganis Alexander Cumyn of Cultir .¹ (5 February, 1489.)

In the accioun and causs persewit be William Cumyn of Inueraloquhy
 massir aganis Alexander Cumyn of Cultir for the wrangwis detencioun and
 withaldin fra him of the malez and profitis of the landis of The Hirne of
 the Mertimes terme in the yere of God j^m iiii^c lxxxvij yeris extending to
 v merkis and of the malez and profitis of Drumquhirny of the samyn
 terme extendin to xxvj s . viij d . takin vp and intronett uith wrangwisly be
 the said Alexander contrare the mony actis and decrettis gevin in the said
 mater of before / And for the wrangwis occupacioun and manurin of the
 said landis of The Hirne sen the xv day of Nouember in the yere aboun
 expremit And to refounde and pay to the said William the froitis and
 profitis of the saidis landis of The Hirne quhilk he nicht haue haid
 thairof gif he haid lauborit the sammyn with his avne propr gudis that is

¹ [From the *Acta Dominorum Concilii*, p. 107. On the twenty-third of October, 1488,
 there was a plea moved between "Williame Cumyn of Inueralloquhy" and "Alexander
 Cumyn of Cultir his brothir." (*Id.*, p. 92. And see, on the sixth of November, 1490,
 p. 165.) On the fourth of July, 1494, there was an "actioun and causs persewit be
 Archibald erle of Anguss chancellare of Scotland aganis Alexander Cumyn of Cultir for
 the wrangwis detencioun and withalding fra him of the landis of Arbody and Inchmerlach."
 (*Id.*, p. 354.) On the sixteenth of October, 1479, "the lordis auditouris decretis and
 deliueris that William Cummyu of Cultir sall content and paye to Alexander Fraser of Fil-
 lorth knyght and James Fraser of Mamissy the soume of i^c pundis of the rest of a mare
 soume acht to thame be his obligatioun schewin and product befor the lordis." (*Acta Do-
 minorum Auditorum*, p. 90.)]

to say vij chalderis of aitis sawing estimeit to the thrid corne the soume xxj chalder price of the boll iiij s . xvij bollis of bere sawing estimeit to the ferd corne the soume lxxij bollis price of the boll viij s . the profitis that he micht haue haid of nolt scheip and vther cattale quhilk micht haf bene sustenit one the said gronde be the tyme extending to four pundis as wes allegiit [*etc.*] The lordis of consale decrettis and deliueris that the said Alexander Cumyn sall content and pay to the said William five merkis for the Mertimes male of the said landis of The Hirne and xxvj s . viij d . of the malez of the said landis of Drumquhirny takin vp be the said Alexander as wes sufficiently prefit before the lordis And also that he sall content and pay to the said William xv chalderis of aitis price of the boll iiij s . xxx bollis of bere price of the boll viij s . and v crownis for the profitis of pasturing [*etc.*]

MARY CULTER.



ARY CULTER lieth hard on Dee in The Mernis. It hath the Blessed Virgin Mary for its tutelar.

This parish, though in Saint Andrew's diocese¹ yet, by that Primate's dispensation, is annexed to this presbytery.

PITFODDELS, (or Mary Culter,) the seat of Menzies of Pitfoddels.

¹ [Before the Reformation, St. Mary Culter appears to have been but a kind of chapelainry dependent on the mother church of St. Peter Culter, and so in the diocese of Aberdeen. See above, pp. 292—298.] It does not appear in the lists of the churches in the diocese of St. Andrews. (See Liber Cartarum Prioratus Sancti Andree, p. 37: Registrum de Dunfermelyn, p. 211.) Its boundaries are thus described in the Chartulary of Aberdeen:

“ Limites de Mariculter .
 “ Thir ar merys of the landis of Cultry pertenand to the Tempill of Saynt Jon . To begyn at the est half at the burn of The Ardach as it descendis in the watir of Dee . And sua endland that burn and about Tulysethir to the hill of Knoyndythir . And sua furth west to Drumdothrik . And sua to the syde of Corsley . And syne furth on the west half to the Cors of Brechmount . And syne downe betwix the twa Essyntulis to the Crag of Essyntuly . And sua downe to Drumdarach / and thar wes a Cors . And sua in the watir of Dee / on the west half of the land of Cultry towart Durrys . ”

Some notices of the parish are printed in the *Archaeologia Scotica*, vol. iii., pp. 15, 16.]

IN THE PRESBYTERY OF ELLON.

ELLON.



ELLON hath the Blessed Virgin Mary for its tutelar. The patronage¹ belongeth to the Earl of Aberdeen; quho had it from Waterton; who had it from the Earl of Elgin; who got it with the other patronages belonging to Kinloss Abbay. It has a choir, and two isles: one, for the Cheynes of Essilmont, (now extinct); another, for the Forbeses, but built by the Bannermans, of Waterton. But both are now neglected and ruinous.

It has two silver chalices gifted by Forbes of Waterton.

..... at Chappelton of ESSILMONT.

Chappel.

ELLON, formerly Kermucks, and, under that name, possessed by Forbes of Waterton; and, before him, by Kennedy of Kermuck. The possessor of it, by a peculiar right, is CONSTABLE OF ABERDEEN.² It has been built anew by the present possessor, Gordon of Ellon, (son to a farmer in Bourtie,) a merchant in Edinburgh, and once a baillie there, and a rich man. And it is accounted here a very great house, the great hall having two rows of windows, and being twenty-eight foot high.

Mannors.

ESSILMONT, an old castle, the seat of the Cheynes of Essilmont.³

¹ [In a roll of lost charters by King Robert I. is "Carta grantit to the Abbot of Kinloss, [of] the advocatioun and donatioun of Elon." (Robertson's Index to the Charters, p. 2.) On the sixteenth of March, 1479, "befor the lordis James Erle of Buchan present in person Maister William Wawane to the prebend of Ellione to my Lord of Abirdene as ordinar and thairupoun the Erle of Buchane askit ane instrument." (Acta Domini-norum Concilii, p. 23. See also, pp. 302, 303).]

² [See Gordon's Description of both Touns of Aberdeen, p. 20; The Book of Bon-Accord, pp. 373—375. The seal of "Wilyeame Kynidy Constabil of Abirdene." (1487), is engraved in The Miscellany of the Spalding Club, vol. ii., plate i.]

³ [On the thirteenth of December, 1479, "the lordis assignis to Henry Chene of Essilmont the xvij day of Januar to prufe that the landis of the mylne of Essilmont Carnehill Crag Hede and the half of Fortre contenit in the chartour made be the said

now possessed by the Earl of Aberdeen. In a Manuscript Genealogy of the Cheynes, (in two quartos,) in the hands of George Leslie

Henry to his [sone] Johne Chene and Elisabeth Annand his spous ar worth xx pundis." (Acta Dominorum Concilii, p. 45. See also Acta Dominorum Auditorum, pp. 88, 96.)

On the fifth of February, 1493, "the lordis of consale decrettis and deliueris that Johne Chene sone and apperand are to Henrj Cheine of Essilmont sall restore content and deliuer to Johne Robertsons Andro Thomsoun Alexander Burne Alexander Robertsons Thomas Robertsons and Robert Andersone teumentis for the tyme of the landis of Mekle Crage thir gudis and soumez vndir writtin insafar as wes takin fra ilke ane of thaim that is to say xix ky and oxin price of the pece xvj schillingis twa oxin price of the pece xij schillingis thre stirkis twa of thre yere alde and ane of twa yere alde price of the pece x schillingis And vij pundis vsuale money of Scotland." (Acta Dominorum Concilii, p. 274.)

On the twelfth of February, 1493, "the lordis of consale decrettis and deliueris that Henrj Chene of Essilmont and Johne Chene his sone and apperand are sall restore content and pay thir gudis vndirwrittin to thir personis eftir folowing that is to say To Thomas Mylne a blak horse price xl s . Johne Jamesone twa mennis govnis and twa wemenis govnis price iij merkis x s . To Johne Robertsoun twa clevkkis price xij s . iij d . a covering of a bed price xij s . iij d . twa pare of double schetis price xij s . iij d . xiiij eln of quhite claith price xxvij s . a pe govne and a dowblate price xx s . five eln of lynyng claith price v s . four eln of canwes price xl d . twa burdelaitis price viij s . a pare of garsay price xvij d . a curche of sevin quarteris price vij s . and certane gudis of houshalde extendin to iij s . twa blankatis and a covering price xvj s . xij s . iij d . of siluer To Alexander Thomesone in Artrochy a horss price xxx s . a manis govne price xxx s . a womanis govne and a haik price xl s . five curcheis a blak hude certane wemenis collaris price l s . thre pare of double schetis price xxxij s . a rede covering and a blankate price xij s . iij d . a burd claith price ij s . four eln of lenying claith price iij s . twa schort govnis price ij merkis a new bonate price vj s . viij d . a blew cap a hat price xl d . twa dowblates of fustiane price xvj s . a sword price v s . a mantill and a clok price xx s . three pare of hoiss price x s . a sek price ij s . To Johne Jamesone a horss price ij merkis a mer price ij merkis thre curcheis price vj s . sevin quarteris of quhite price xvij d . blana kate price xvij d . ij pare of hoiss thre collaris of braid claith twa beltis a Tendale knyff a horss came a byrnyng irne price of thaim all iij s . To ane callit Mekle Johne a horss price xl s . a mantill price vj s . viij d . To Johne Hay in Slanys a horss and sadill price iij pundis To Schyr James Wilsons a horss price vj merkis To Thomas Baxter a sadill a pare of buttis twa bollis of dry corne price x s . To Gilbert Forest a mer price xx s . three pare of double schetis price xxx s . three blankatis price x s . four eln of quhite claith price v s . viij d . a curche of braid claithe price viij s . iij d . a womanis govne price xxvij s . a govne of blew gray price vj s . twa dowblatis twa pare of hoiss price x s . a womanis govne price vj s . a blak hud price ij s . ten eln of canwes price vj s . twa sakkis price iij s . a sadill and graith perteyn thairto price vj s . a hekle price ij s . a pare off cardis price xxx d . a caiss with thre barbouris knyffis

of Eden, there is this account of the Cheynes from the times of King Alexander III.:

twa pare of barbouris syssoris a kame a myrrour price x s · ane irne speit price iij s · twa stane of buttir price vj s · vj d · a jak price xxiiij s · twa pundis of wax price v s · vj d · a blak hat price xiiij d · four inlokis price xxxij d · Quhilkis gudis were spulyeit and takin fra the saidis persones be the saidis Henrj and Johne and thair complicis as wes sufficiently previt before the lordis and ordinis that lettrez be writtin to distrenye thaim thair landis and gudis thairfore And the said Johne Chene wes present at this actioun." (Acta Dominorum Concilii, p. 282.)

On the eighteenth of February, 1493, "the lordis of consale decrettis and deliueris that Henrj Chene of Essilmont and Johne Chene his sone and apperand are sall restore content and pay to thir personis vnder writtin thir gudis eftir folowand that is to say To Daud Jamesone a womanis govne price xx s · x eln of quhite claith and a blankat price xv s · a hat and a tippait price xxx d · a sadill and a briddill price v s · a pare of cardis price xxx d · a hekle price xxx d · a girdill price iij s · four corne hukis price ij s · To William Robert a sellait price j merk v eln of claith price xxx d · a chandelare and shiris price vj s · twa hukkis price xd · twa lokis price xvj d · a pare of brodykynnis a speit price vj s · a pare tayngis and a govne price xx s · To Sym Jamesone a horss price xl s · a ox price xxx s · a litle caddroun price v s · a pot price vj s · item a sadill a briddill price vj s · viij d · a pare of hoiss price xxx d · a pare of cardis price xxx d · a grene govne price a merk xv eln of lenyng claith price xs · a eln and a half of quhite braid claith price iij s · a stane of cheis price iij s · Item to Johne Baxster a yong mer price xx s · a caddrowne price vj s · a siluer regne price xs · twa bruchis price xij d · twa curcheis twa sarkis twa collaris a silkin laiss a pare of glovis price of thaim all xxv s · a govne of blew gray price xij s · iij d · viij pundis of cheiss a stane of buttir price v s · Item to Johne Gibsone youngar a brovne horss price iij merkis Item to Patrik Makkesone thre stane of woll price xxiiij s · four stane of lynt price ij merkis thre pare of schetis price xxv s · x d · thre double blankatis price xvj s · twa new sekis price iij s · a mantill price v s · twa schilling of siluer a hewin ax price xij d · two lokis price xij d · Item to Andro Tailyor a blew govne a tanne govne price ij merkis a dowblat price xs · a eln of blew gray price ij s · a pare of hoiss price iij s · a new caddrowne price xij s · iij d · Item to Maister Gilbert Ottirburn persone of Slanis xij oxin price of the pece xxiiij s · twa towellis a burdelath price xs · Item to Thomas Banerman vij bollis and twa firlothis of malt price vij pundis xs · a caddrowne price xx s · twa hingand lokis a flauttir sped a cruk thre hukkis a pare of tangis a pet spaid price xs · Item to Alexander Johnesone certane guids of houshalde to the avale of xl s · Fra Agnes Stedman to the avale of xl s · Item to Andro Cathnes to the avale of xxx s · Item fra James Wode v s · Item fra James Ranyson twa hors price iij pundis Item frae Johne Lang iij s · Item fra Duncane Cok to the avale of ix s · The quhilkis gudis wer spulyeit and takin be the said Henrj and Johne and thair complicis as wes sufficiently preffit before the lordis." (Acta Dominorum Concilii, pp. 287, 285. See also pp. 190, 243, 256, 275, 281, 289, 294, 296.)

On the twenty-second of June, 1493, "the lordis auditouris decrettis and deliueris that

Francis, lord Cheyne of Inverugy and Essilmont, had by his wife Isabel, daughter to John Cumming earl of Buchan, (besides his heir Francis,) Sir Reynauld Cheyne of Straloch, and Henry, Bishop of Aberdeen. This Sir Reynauld had by his second wife Janet Marshal, heiress of Essilmont, John Cheyne of Essilmont; quho had, by Katherine Fenton, daughter to the lord Fenton, Henry Cheyne of Essilmont; who by daughter to the laird of Ogstoun, had Sir Henry Cheyne of Essilmont; who by daughter to Sir Gilbert Hay of Ardenrit, (brother to the Earl of Errol,) had Sir John Cheyne of Essilmont; who by Elisabeth Waan, daughter to the laird of Stenstoun, had (besides his heir, Sir Patrick Cheyne of Essilmont,) Mr. Laurence Cheyne, commissary of Aberdeen; which Mr. Laurence had by Margaret, daughter to William Troup of That Ilk. Mr. Alexander Cheyne, commissary of Aberdeen; who by Katharine, daughter to Patrick Bruce of Pitcullo, had John Cheyne; who by Elizabeth, daughter to William Crookshank of Tillimorgan, had six daughters, the eldest of whom, Isabel, married Sir Patrick Leslie of Eden, provost of Aberdeen. *Nota bene.* In the *Litera Communitatis Scotiæ* to Edward I. of England. A.D. M.CC.LXXXIX., about the marriage of The Maid of Norway.

William Hay of Arddendracht Patrik Rede of Colistoun and Johnne the Hay of Ardgrane sall restore content and pay to Henry Chene of Essilmont and Johnne Chene his sone and apperand are threttene skore twelf yowis price of the pece thre sch . xxv oxin and ky price of the pece owrhd xx s . thre hors price of ane x merkis price of the tothir liij merkis and price of the thrid xx s . and als sall content and pay to the said Henrj and Johnne for the profitis of the saidis yowis for euere ilk yow yerly of the said thre yeris xvj d . And for the dampnage and seacht sustenit be thaim in the distructioun of the Place of Essilmont xx pundis And for the dampnage and seachtis sustenit be thaim throw the laying waist of the landis of Essilmont and Carnyhill yerely of thre yeris xiiij chalderis of atis price of the chulder vj merkis thre chalder of bere and quhete price of the chalder xj merkis And als decrettis and deliueris that Gilbert the Hay the said Patrik Rede and Johnne the Hay sall pay to the said Henrj and Johnne for twa chalder of atis destroyit and etin be the saidis persons xvj merkis As wes sufficiently previt befor the lordis [etc] . And as to the distructioun of the cornez of Essilmonde becauss it is previt thai wer brint be seruitouris of the Erie of Erolis the lordis referris that parte to be decidet befor the justice [etc] .” Acta Dominorum Auditorum, p. 183. See also, pp. 126, 153.)

I find among the barons that sign it "Renaud le Chen, le pere." and "Renaud le Chen, le fitz."*

ARNAGE, of old the seat of the Cheynes¹ of Arnage,² since bought by Rose, a merchant in Aberdeen.

* *Foedera Angliae*, tom. ii., p. 471.

¹ [From the Registrum Magni Sigilli, pp 252, 253. On the eighteenth of March, 1490, "the acciounne and causse persewit be Dauid Broiss of Clakmannane Deme Marioun Heriss, his spous the spous of vniquhile Dauid Stewart of Rosyitht knycht and Dauid Stewart of Rossyth knycht the sone and are of the said vniquhile Schyr Dauid aganis Alexander Tulydeff of That Ilke William Crawford of Fethray Alexander Chavmer quihikis past of before apone the seruing of ane breif of inquest of our Souerane Lordis chapell impetrate be Henrj Dowglas be the decess of vniquhile Jonet Fentoune his moder apone the ferd parte of the landis of Dunblait and the ferd parte of the landis of Toweis witht the pertinentis liand in the erledoume of Mar within the schirefdoume of Abirdene and of the ferd parte of the landis of Aucheriis lyand in the barony of Slanis within the forsaidd schirefdom / for the error wrangwis deliuerance and ansuering to the poyntis and articlis of the said breif And als aganis the said Henrj Dowglas for his interest as at mare lenth is contentit in the summondis is be the lordis of consale contenewit to the first day of Maj nixt tocum [*etc.*]" (Acta Dominorum Concilii, pp. 184, 185.) On the fifteenth of December, 1494, "in presens of the lordis auditouris Alexander Mowat of Losragy denyit that euer he seruit Henry Dowglas as are to vniquhile Jonet of Fentone of the ferde parte of the landis of Dunblat the ferd parte of the landis of Towes and the ferd parte of the lands of Aucheriis becaus he saw neuer chartour nor sesing tharapone quharapone Dauid Balfour of Caraldstone as forsepkare for Dam Mary Heris askit a not." (Acta Dominorum Auditorum, p. 205.)]

ticipacione terrarum inter partes predictas participandarum · dicte discordie modo et forma subsequenter fuerunt finaliter finite et sopite · videlicet · quod tota et integra baronia de Rethy cum pertinenciis [*etc.*] infra vicecomitatum de Forfare iacens · et eciam tota terra de Culase et de Buthirgask · infra vicecomitatum de Perth · cum pertinenciis existens · et eciam tota terra de Quodquem in valle de Clyde infra vicecomitatum de Lanark · dicto Willelmo heredibus suis sine clameo quocunque per dictam Margaretam Thomam de Chesehelme heredes suos aut assignatos imperpetuum remanebunt · Et econverso in recompensacione dictarum terrarum terre subscripte dicte Margarete et dicto Thome et ipsorum heredibus per dictum Willelmum imperpetuum assignabuntur · videlicet · tota et integra baronia de le Gask cum pertinenciis [*etc.*] infra vicecomitatum de Forfare iacens · ac eciam tota uilla dominica de Kynrossy cum molendino eiusdem ac eciam Strathy et Pronny in comitatu de Stratherne existentes [*etc.*] · Insuper assensum est et concordatum inter partes predictas quod baronia de Drumblathe infra vicecomitatum de Aberdene isto modo diuidetur · videlicet · tota et integra villa de le Sclowo cum pertinenciis · dicto Willelmo · et heredibus suis imperpetuum remanebit · et due ville de duabus Dumnullys cum pertinenciis dicte Margarete et dicto Thome et heredibus suis in recompensacione dicte uille de Sclowo imperpetuum remanebunt · Quadraginta vero solidi de Guerry vna cum tota villa de le Kyrktoune ipsius duabus partibus presentibus super territorium eiusdem inter ipsos equaliter diuidetur · molendinum vero eiusdem baronie assedabitur cum consensu partis vtriusque et proficuum de eodem proueniens inter ipsos equaliter diuidetur · Tenendia vero de Lossyndrum cum pertinenciis dicto Willelmo et heredibus suis imperpetuum remanebit · Et tenendia vero / de Culmelegy in recompensacione de Lossyndrum dicte Margarete et dicto Thome et ipsorum heredibus imperpetuum assignatur · Insuper assensum est et concordatum inter partes predictas · quod dictus Willelmus omnes terras de duabus Tollis et de Culquhorke · cum pertinenciis · in comitatu de Marre · et omnes terras de duabus Arkeriis et de le Cragtoun in baronia de Crouden in Buchania iacentes · infra vicecomitatum de Aberdene · possidebit · Et secundum quod ordo iuris postulat eorum clameum expectando · Terre vero de le Ard stabunt eodem modo participate quo antiquo tempore fuerunt diuise / et tenendie earundem erunt diuise secundum ordinacionem apud Dunde factam prout in indenturis inde confectis plenius continetur · Ad quod fideliter obseruandum et tenendum in omnibus punctis

suis et articulis vt supradictum est tactis sacrosanctis euuangeliiis ambe partes iuramentum prestiterunt corporale . In cuius rei testimonium . parti vero huius indenture . penes dictam Mergaretam . et dictum Thomam remanenti sigillum dicti Willelmi est appensum . parti vero penes predictum Willelmum remanenti . sigilla dicte Mergarete et dicti Thome sunt appensa / anno die et loco supradictis . QUAM quidem indenturam [*etc.*] imperpetuum confirmamus . Saluo domino nostro Regi . et heredibus suis . de omnibus predictis terris cum pertinenciis seruicio debito et consueto . In cuius rei testimonium presenti carte nostre confirmacionis magnum sigillum officij nostri apponi precepimus . Testibus [*etc.*] . Apud Falklande decimo tercio die mensis Julij anno Dominij millesimo . quadringentesimo terciodecimo . Et gubernacionis nostre octauo .]

KING-EDWARD.



ING-EDWARD¹ is so named from an old castle here, (standing, as the church, on a little river called also King-Edward, which joins Dovern beneath the church,) built either by King Edward III. or Edward Balliol, while he overrun this country as King.

The church has an isle, and two silver chalices.²

¹ [“ Ken-Edar was the ancient name of the parish, which, like all the old names of places in this country, is no doubt a word of Gaelic derivation.” (Statistical Account of Scotland, vol. xi., p. 398. Edinb. 1794.) “ Though the name of this parish has long been written King-Edward, yet, by the people in this part of the country, it is often pronounced Kinedart. The name is supposed to be derived from two Gaelic words, which signify the head of the valley.” (The New Statistical Account of Scotland, number xxv., p. 274. Edinb. 1840.)]

² [In a roll of missing charters by King Robert I., is “ Carta given to the Abbacie of Der, of the kirk of Kinerward, grantit be John Cumyng Earle of Buchane, in vicomitatū de Aberdeen.” (Robertson’s Index to the Charters, p. 1.)]

“ The church seems to have been built during the incumbency of Dr. William Guild, who was minister here in the early part of the seventeenth century, for about twenty-two years. He was afterwards one of the ministers of Aberdeen, and principal of The King’s College and University of Aberdeen. His initials are engraved on a stone above the west door. From the date, 1621, on an arched gateway leading into the church-yard, of the same style with the church, it would appear that the church had been erected about the

. at KING-EDWARD castle.

Chappels.

. at IDEN.

KING EDWARD castle,¹ quite ruinous.

Mannors.

GARNISTON, in the last age the seat of the chief of the name of Dalgarno, (said to be originally a branch of the Cunninghams,) whose arms are, gules, a fess between three boars heads couped, argent.

CRAIGSTON,² a great castle with a battlement, built by

same time. Within, and on the north wall, near the east end of the church, is a monument, with the following inscription: 'Joannes Urquhart hoc in honorem Dei et matris sue Beatricis Innes dominae a Cromertie memoriam erexit opus anno 1599.' In Craigston's aisle, which is connected with the church, are likewise monuments to John Urquhart, Tutor of Cromarty, and to other members of the family." (The New Statistical Account of Scotland, number xxv., pp. 277, 278.)

"Sir Thomas Urquhart, the author of the 'Jewel,' who was connected with the family of Craigston. if he did not reside in this parish, seems to have taken an interest in it: for the inscription on the massive silver communion cups shews that they were a joint present from Dr. Guild, Sir Thomas Urquhart, and John Urquhart of Craigintrie, the former name of Craigston." (The New Statistical Account of Scotland, number xxv., pp. 276, 277.)]

¹ ["On the post road from Turriff to Banff stands the ruin of the castle of King-Edward, the ancient seat of the once powerful Earls of Buchan. It seems to have been a place of great strength, fortified on the south side by a steep rock, washed by the burn of King-Edward, and, on the other side, where the site of the building is on a level with the adjacent ground, by a wide and deep ditch." (Statistical Account of Scotland, vol. xi., pp. 407, 408.) See above, p. 470.]

² ["Craigston Castle was built about the beginning of the seventeenth century, by John Urquhart, commonly called Tutor of Cromarty. It is a fine old building, and the grounds about it are much embellished." (The New Statistical Account of Scotland, number xxv., p. 277.) "The present house of Craigston, according to a curious inscription remaining upon the wall, was 'foundit the fourtene of March ane thousand sex hounder four yeiris and endit the 8 of December 1607.' It was built by the Tutor of Cromarty." (Mr. Tytler's Life of Sir Thomas Craig, p. 346. Edinb. 1823.) It is believed that the great Scotch feudalist was descended from the old family of Craig of Craigston: "D. Thomas Cragius de Riccarton," says his earliest biographer, "eques, ex antiqua Cragiorum de Craigston, (quod prædium est Buchaniae, septentrionalis Scotiae regionis,) gente oriundus, patrem habuit Robertum Cragium mercatorem Edinensem, illius quem diximus gentis principis filium natu secundum." (D. Thomae Cragii Vita, p. xvi. ap. Jus Feudale, Edinb. 1732. fol.) See also Mr. Tytler's Life of Craig, pp. 2, 345, 346; Mr. Riddell's

Urquhart, tutor of Cromarty, (who married Seton the heiress of Meldrum,) now possessed by Duff of Craigston, son to Duff of Keithmore, in Murthlack.

EDEN, formerly possessed by the Meldrums, afterward by the Lesleys of Eden, and now by the Duffs.

BLACKTON, the seat of Forbes of Blackton; the first of which family was Abraham, fifth son to William Lord Forbes, (by Elisabeth, daughter to Sir William Keith of Inverugy,) who, by Janet, daughter to James Duncan of Mardrum, had issue.*

Under King James I., John Stuart, Earl of Buchan, gave the barony of King Edward to Sir Alexander Forbes of That Ilk, which grant was confirmed to the Lord Forbes by King James IV. †

‡ DESCRIPTION OF THE PARISH OF KING EDWARD. BY MR. ALEXANDER
HEPBURN. A.D. M.DCC.XXI.¹

The parish of King Edward lyes up the river Divern, southward; in which is the parish kirk; the castle of Craigstone, the jointure house of the old Lady Breka; the mannor of Fisherie, belonging to the laird of Dipple; the mannor of Blackstoun, the residence of Forbes of Blackstoun; and, upon the river in Bathquhan, lyes some villages in the parish of Alva, with the mannor of Dunlugies, the residence of Grant of Dunlugies.

Remarks upon Scotch Peerage Law, pp. 164—167. Edinb. 1833; Dr. Irving's Lives of Scottish Writers, vol. i., p. 147.) Arthur Johnstone has left an epitaph on one of the Urquharts of Craigston:

*“ In obitum Ioannis Vrchardi Cragstonii.
Occidit Vrchardus, quo nemo beator, aevi
Jam fatur, et famulas quas sibi fecit, opum.
Posteritas, cui liquit agros et praedia, discet
Illius exemplo vivere, discet mori.”*

(Art. Ionstoni Poemata Omnia, p. 381.)]

* Lumsden's Manuscript [Genealogy of the Family of Forbes, pp. 12, 24, 25. edit. 1819.]

† Nisbet's Heraldry.

¹ [From Macfarlane's Geographical Collections, MS.]

Confirmacio carte domini Walteri de Lesley .¹ (A.D. 1369.)

Dauid Dei gracia . . Rex . . Scottorum . . Omnibus [etc.] . . Sciatis nos quondam cartam Walteri de Lesley militis [etc.] intellexisse / tenorem qui sequitur continentem . . OMNIBUS hanc cartam visuris uel audituris . . Walterus de Lesley dominus de Filorthe . . Salutem in Domino sempiternam / Sciatis vniuersi nos dedisse [etc.] / dilecto et fideli nostro . . Johanni de Vrcharde filio Ade de Vrcharde vicecomiti de Crombathy et heredibus suis pro homagio et seruicio suo nobis inpenso et impendendo / totam terram nostram de Fohesterdy in Buchania / in ballia de Kynnedore existentem / cum le Fortyre eiusdem quod dicitur Clochorby cum pertinentiis earundem vniuersis . Tenendam et habendam eidem Johanni et heredibus suis de nobis et heredibus nostris in feodo et hereditate [etc.] in curiis et querelis etc. . cum hominibus legiis etc. . Faciendo domino nostro Regi forinsecum seruicium etc. . In cuius rei etc. . Testibus etc. . Apud . . Inuernes / octauo die Nouembris . . anno Domini millesimo trecentesimo Sexagesimo . . nono / QUAM quidem cartam [etc.] inperpetuum confirmamus / saluo seruicio nostro In cuius rei testimonium presenti carte nostre confirmacionis sigillum nostrum precepimus apponj / Testibus venerabili in Xpo patribus / Willelmo Episcopo Sanctiandree / et Patricio Episcopo Brechinensi cancellario nostro . . Roberto Senescalli Scocie nepote nostro / Willelmo comite de Douglas . . Roberto de Erskyne / et Willelmo de Disschyngtona militibus / Apud Mouros octauo die mensis Decembris . . anno regnj nostrj Quadragesimo . .

Confirmacio carte Hugonis de Rosse .² (A.D. 1369.)

Dauid Dei gracia . . Rex . . Scottorum / Omnibus etc. Sciatis nos quondam cartam / Hugonis de Rosse / domini de Fillorthe filij quondam domini Hugonis . . comitis de Rosse / [etc.] intellexisse / tenorem qui sequitur continentem / OMNIBUS [etc.] / Hugo de Rosse dominus de Fylorthe filius quondam domini Hugonis comitis de Rosse . eternam in Domino salutem . . Sciatis vniuersi nos dedisse etc. / dilecto consanguineo nostro . . Ade de Vrcharde / vicecomiti de Crombathy / et heredibus suis / totam terram

¹ [From the Registrvm Magni Sigilli, pp. 63, 64.]

² [From the Registrvm Magni Sigilli, p. 64. See also Robertson's Index to the Charters, pp. 35, 86.]

nostram de Fohesterdy in Buchania / in ballia de Kynnedore existentem cum le Fortyre eiusdem quod dicitur Clochorby cum pertinenciis earundem vniuersis [*etc.*] In cuius rei *etc.* · Testibus *etc.* · Apud Owlens · primo die Julij · anno Dominj millesimo trecentesimo sexagesimo quinto / QUAM quidem cartam *etc. vt supra* · Apud Monros octauo die mensis Decembris · anno regnj nostrj Quadragesimo · ·

Carta baronie de Kynnedwarde ¹ (A.D. 1401.)

Robertus *etc.* Sciatis nos dedisse [*etc.*] dilecto filio nostro Alexandro Senescalli · domino de Badenache · totam et integram baroniam de Kynnedwarde cum pertinenciis · infra vicecomitatum de Abirdene · quam quidem baroniam cum pertinenciis · dilecta consanguinea nostra Eufamia domina de Rosse non vi aut metu ducta nec errore lapsa / set sua mera et spontanea voluntate nobis per fustum et baculum sursum reddidit [*etc.*] In cuius rei *etc.* · Testibus [*etc.*] apud Inuernys xxij die Julij · anno regni nostri duodecimo ·

Conuencio super terris de Loncardy ² (A.D. 1446.)

In Dei nomine Amen · Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter quod anno ab incarnatione Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto / mensis vero Decembris die vicesimo / Indictione decima / pontificatus sanctissimi domini nostri Domini Eugenij diuina prouidencia pape quartj anno decimo sexto / In mei notarij publici et testium subscriptorum presencia personaliter constituti nobiles viri Alexander Fraser dominus de Phillorthe / ex vna · et Johannes de Thorntoun de eodem ex parte Mariote sponse sue / partibus ex altera · penes questionem motam inter eosdem super terris de Loncardy iacentibus in baronia de Kynnedward infra vicecomitatum de Aberdene / sponte et simpliciter sub-

¹ [From the Registrvm Magni Sigilli, p. 165. In a roll of missing charters by King Robert III. are "Carta to David Fleming of Biggar, of the lands of Auchlan, in the barony of Kinnedward, in vicecomitatu de Aberdeen;" and "Carta confirmationis given to Thomas Gardin, of the lands of Fulbakater, in the barony of Kinnedward, in vicecomitatu de Aberdeen." (Robertson's Index to the Charters, pp. 140, 141.) See also as to the barony and lands of Kinedward, Acta Dominorum Auditorum, p. 177; Acta Dominorum Concilii, pp. 93, 105, 165; Crawford's Lives of the Officers of State, pp. 281, 282; Nisbet's Heraldry, vol. ii., part iv. app. p. 244; Robertson's Parliamentary Records of Scotland, pp. 445, 477.]

² [From the original in the charter room at Slaines.]

miserunt se / et fide media obligantur stare . . . decreto et determinacione nobilis et potentis domini Willelmi Domini de Haya Constabularij Scocie tunc presentis et sui consilij non suspecti / ferendis quocumque partes predictae per dictum Dominum Constabularium ad hoc super premonicionem quindecim dierum specialiter summoniti fuerint / Ita quod illa pars cuius possessio dictarum terrarum de Loncardy cum pertinencijs per dictum Dominum Constabularium et suum consilium adjudicata fuerat remanebit cum eadem vna cum firmis earundem terrarum . . . pacifice et absque interruptione quousque per breuia placitalia ejiciatur . Et quia prefatus Alexander Fraser fatebatur se recepisse firmas dictarum terrarum de Loncardy a tempore quo asseruit se recepisse sasinam earundem terrarum / obligatur fide media vt supra restituere incontinenter decem libras predicto Domino Constabulario vel suo deputato conseruandas quousque dicta pronixetur declaracio . Et Alexander de Haya de Ardendracht procurator dictorum Johannis de Thornton et Mariote sponse sue obligatur similiter restituere dicto Domino Constabulario omnia et singula catalla et animalia que ipse alias ceperat et distrinxerat pro dicta firma / vel si que deficiant / valorem eorundem per probos homines apreciandum et consignandum vt supra dictum est . De et super quibus omnibus et singulis prefatus Dominus Constabularius a me notario publico infrascripto sibi fieri petijt publicum vel publica instrumentum vel instrumenta . Acta erant hec in ecclesia parochiali Beati Nicholai burgi de Aberden coram altari Sanctorum Laurencij et Niniani martyris et confessoris / hora quasi quarta post meridiem . sub anno die mense Indictione et pontificatu quibus supra . Presentibus ibidem nobilibus viris . Patricio Maitland domino de Nattirdule . Johanne Vaus . Ricardo Vaus . Willelmo Rede . et Gilberto de Sanchar de Murecroft . cum multis et diuersis alijs testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis .

Et ego Johannes Cadiou clericus Aberdonensis diocesis publicus
 autoritate Imperiali notarius [*etc.*]

Carta Alexandri Leslie .¹ (A.D. 1478 et A.D. 1479.)

Jacobus Dei gracia Rex Scotorum . Omnibus [*etc.*] Sciatis nos quandam cartam dilecti consanguinei nostri Johannis de Ila / Domini Insularum / factam et concessam in feodifirma / dilecto scutifero nostro Alexandro Leslie

¹ [From the Earl of Haddington's Collection of Charters, vol. i., p. 86, MS.]

de Warderis nostro receptori generali / de omnibus et singulis terris baronie de Kynedward cum pertinenciis [etc.] ad plenum intellexisse sub hac forma · OMNIBUS hanc cartam visuris vel auditoris / Johannes de Ila Dominus Insularum · Salutem in Domino sempiternam · Noueritis nos dedisse [etc.] dilecto consanguineo nostro Alexandro Leslie de Wardris · omnes et singulas terras nostras baronie nostre de Kynedward cum pertinenciis · uidelicet · Terras dominicales de Kynedward / vulgariter nuncupatas le Casteltoun · ac terras de Eister Tery / Kynarroquhy / et Faithly cum pertinenciis · iacentes infra vicecomitatum de Aberdene · Reseruatis inde nobis et heredibus nostris tribus mercatis dictarum terrarum de Casteltoun / cum monte castri eiusdem / ad faciendum Domino nostro Regi seruicium pro dictis terris et baronia de Kynedward debitum et consuetum · Tenendas [etc.] dicto Alexandro Leslie et heredibus suis / de nobis et heredibus nostris Dominis Insularum et baronibus de Kynedward / in feudifirma et hereditate inperpetuum [etc.] Soluendo annuatim [etc.] pro dictis terris et baronia cum pertinenciis viginti et nouem mercas usualis monete regni Scocie [etc.] nomine feudifirme tantum pro omni alio seruicio seculari [etc.] · Insuper constituimus fecimus et ordinauimus [etc.] dictum Alexandrum Leslie ballium nostrum dictarum terrarum et baronie de Kynedward cum pertinenciis · Tenendum et habendum idem officium balliuatus cum pertinenciis dicto Alexandro Leslie et heredibus suis / de nobis et heredibus nostris in feodo et hereditate inperpetuum · cum potestate curias dictarum terrarum et baronie statuendi inchoandi affirmandi et tenendi / ac quociens opus fuerit continuandi · sectas tam libere tenentium quam aliorum conuocari faciendi · absentes amerciandi / amerciantaque exitus et eschaetas earundem curiarum leuandi / et pro eisdem si necesse fuerit distringendi / ac usibus suis propriis ac heredum suorum applicandi · transgressores et delinquentes puniendi · inhabitantes et tenentes dictarum terrarum et baronie / eorumque bona cattalla et grana / coram quocunque iudice vel quibuscunque iudicibus attachiata vel arrestata fuerint ad libertatem curiarum dicte baronie replegiandi vel reportandi · et deputatum et deputatos in dicto officio / ut sibi Alexandro et heredibus suis videbitur expediens / faciendi et deputandi · firmas et proficua dictarum terrarum et baronie leuandi · inhabitantes et tenentes earundem remouendi et imponendi · ac omnia alia et singula faciendi gerendi et exercendi que ad officium balliuatus de jure vel consuetudine dignoscitur pertinere · Ratatum et gratum irreuocabiliter habentes et habituri pro nobis et here-

dibus nostris imperpetuum / totum et quicquid dictus Alexander et heredes sui / vel eius vel eorum deputatus vel deputati in dicto officio balliuatus / juste duxerit seu duxerint faciendum [*etc.*] . In cuius rei testimonium presenti carte nostre sigillum nostrum apponi fecimus / apud Edinburgh vicesimo secundo die mensis Decembris anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo . Testibus nobilibus et prepotentibus dominis / Colino comite Argadie domino Lorne et Campbell magistro hospicij Supremi Domini nostri Regis . Lachlano Makgilleon de Deward . Hectore Makgilleon de Loichbow . Willelmo Makleod de Gleyneig . Rory Makleod de Lewes . Alexandro Makcane de Ardnamerchen . et Malcolm Makneill de Giaya / cum multis et diuersis aliis . QUAM quidem cartam [*etc.*] pro perpetuo confirmamus / Saluis nobis heredibus et successoribus nostris iuribus et seruiciis de dictis terris et baronia cum pertinenciis ante presentem confirmationem nobis debitis et consuetis / Et prouiso etiam quod presens nostra confirmacio et donacio de dictis terris cum pertinenciis quam de nobis habet dilecta consanguinea nostra Elizabeth comitissa Rossie ad vitam sibi Elizabeth damnum aut prejudicium non cedat durante toto tempore vite sue . In cuius rei [*etc.*] . Testibus [*etc.*] . apud Edinburgh quarto die mensis Februarij anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo / et regni nostri decimo nono .

Carta Johannis Domini Forbes super terris de Meikle Fyntre Blacktoun Belwoss *etc.*¹ (A.D. 1505.)

Jacobus *etc.* . Sciatis nos dedisse [*etc.*] dilecto consanguineo nostro Johanni Domino Forbes . totas et integras terras de Meikle Fyntre / Blacktoun / Belwoss / molendinum de Kinedward / dimidiam partem terrarum de Tullymald / terras de Litle Alethan cum suis pertinenciis . et annum redditum decem solidorum exeuntem et debitum de terris de Edan / jacentes in baronia de Kinedward infra vicecomitatum nostrum de Aberdene . Quequidem terre molendinum et annuus redditus cum suis pertinenciis fuerunt quondam Alexandri Forbes militis proauis et predecessoris dieti Johannis Domini Forbes / per hereditariam infeodacionem cartam et sasinam dicto quondam Alexandro per quondam Johannem Stewart Comitum Buchanie baronem de Kinedward desuper confectas / cum confirmatione nobilissimi progenitoris nostri Jacobi Regis Primi / cuius anime propicietur Deus / per cartam suam sub ipsius magno sigillo inde

¹ [From the Earl of Haddington's Collection of Charters, vol. i. p. 389, MS.]

secuta / prout nobis et consilij nostri dominis per prefatas infeodacionis et confirmacionis cartas coram nobis et consilij nostri dominis ostensas productas et perlectas clare constat . Et que terre molendinum et annuus redditus cum pertinenciis fuerunt in manibus predecessorum nostrorum / prout in manibus nostris existunt / a tempore decessus dicti quondam Johannis Comitis Buchanie baronis de Kinedwart [*etc.*] . Tenendas [*etc.*] dicto Johanni Domino Forbes et heredibus suis de nobis et successoribus nostris Scotorum Regibus in feodo [*etc.*] . Reddendo inde annuatim [*etc.*] tres sectas ad tria placita capitalia curie vicecomitatus nostri de Aberdene . necnon wardam et releuium predictarum terrarum molendini et annui redditus cum pertinenciis / et maritagium / cum contigerint . In cuius rei [*etc.*] . Testibus [*etc.*] . Apud Edinburgum primo die mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo quinto . et regni nostri decimo octauo .]

GHAMRY.



HE church here had for tutelar Saint John Evangelist, whose fair, once kept here, has been translated since to Banf.

Mannors. TROUP, belonging anciently to the

Troups of That Ilk, (of a branch of whom, 'tis said, Van Tromp, the Dutch admiral, was descended,¹) now to Gaerden of Troup, descended of Gaerden of Banchory.

NORTHFIELD, the seat of Keith of Northfield.

PITNACALDER, belonging to Forbes of Pitnacalder, a cadet of Tolquhon.

[A DESCRIPTION OF THE PARISH OF GEMRIE. BY MR. ALEXANDER HEPBURN.
A.D. M.DCC.XXI.²

The parish of Gemrie extends itself seven miles along the coast westward, even to the river Divern, the border of Buthquhan. In it are the mannors of Troup,

¹ [The parson of Rothiemay, who was his contemporary, affirms that "Martin Harpersen Trumpe, the admirall of Hollande, was the some of a Scottish father, one *Harper*, borne at Peeterheade, in Buchaine." (Gordon's History of Scots Affairs, vol. iii., p. 84.)]

² [From Macfarlane's Geographical Collections, MS.]

belonging to Garden of Troup; Northfield, belonging to Keith of Northfield; and Melers; likewise, the old ruinous manor, called Cullen of Buthquhan. There is a sea town called Down, situated near to the mouth of the river Divern, where it falls into the North Frith, at the city of Bamff. On the south border of this parish stands another manor, called Byth, the residence of James Urquhart of Byth.¹

Assedacio decimarum garbaliu[m] ecclesie de Gamery / Patricio Stewart et Isabelle sponse sue concessa .² (A. D. 1484.)

Nos Daudid abbas monasterij de Abberbrothok de vnanimi consensu conuentus et capituli nostri [etc.] assedamus dilecto nostro Patricio

¹ [“ In Gamry was a battle of Danes, upon a very high promontory, called The Bloody Pots to this day. Luchnot, on the sea side, is missed out in the parish of Gamry, about two miles from Troup, where is an old castle.” (Notes for Banf and Buchan, by Mr. William Duncan, 1722, in Macfarlane’s Geographical Collections, MS.)

“ On the precipice, or brow of the hill, above the kirk of Gamrie, at the east end of one of the most level and extensive plains in Buchan, are a number of vestiges of encampments, which at this day are called by the name of ‘bleedy pots,’ or bloody pits.” (Statistical Account of Scotland, vol. i., p. 469.) See also The New Statistical Account of Scotland, number xxxviii., pp. 282—284.

“ Haud procul a Gemmere vico certamen Danis infoelix nullo perditarum rerum nuncio ad naues redeunte est gestum. Extant immensi ossium cumuli eo in loco multorum ibidem desideratorum testimonium.” (H. Boetii Scot. Hist., lib. xi., f. 244.)

“ There is an old ruin, on the farm of Pitgair, called Wallace Castle, with very thick walls, standing on a knoll.” (The New Statistical Account of Scotland, number xxxviii., p. 284.)

“ The Barclays de Tolly had their seat in old times at Cullen, in this parish, and their burial place within the church, where there still remains a Latin inscription, in old characters, recording their name and interment.” (*Id.* p. 285.) A descendant of the house, William Barclay, M. D., thus notices its old domain at Cullen of Buchan: “ Nam Collonia (sic castrum vocatur in quo primum terram tetigi) sita est in littore quod ‘ tam vasto atque aperto mari pulsatur.’ Quo loco, ut obiter dicam, non pauca sunt vestigia veterum bellorum, cum Anglis praesertim. Est in eodem littore, in territorio gentis Barclayanae, portus quidam, qui nostra lingua *Auld-heaven* appellatur.” (C. Cornelii Taciti Opera quae exstant. Ad exemplar quod I. Lipsivus quintum recensuit. Seorsim ex ceteris commentarii eiusdem Lipsii melioresque cum curis secundis, et auctoriolo non ante adiecto. Gvil. Barclayvs praemetia quaedam ex vita Agricolae libavit, praemet. p. 561. Parisiis, 1599. 8vo.)]

² [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS. Between the years 1189 and 1198, King William the Lion granted to the monks of Arbroath the church of Gameryn. See above, pp. 334—336. Between the years 1189 and 1199, Matthew

Stewart et Isabelle sponse sue moderne suisque assignatis / dummodo assignati illi de consensu nostro admittantur / omnes et singulas decimas garbales ecclesie de Gamere · cum uniuersis et singulis suis pertinenciis · connexis et annexis · pro termino triumdecem annorum plenarie et integre complendorum [etc.] · Soluens inde annuatim dictus Patricius et Isabella [etc.] summam quadraginta librarum usualis monete Scocie [etc.] · Datum sub sigillo communi capituli nostri apud idem capitulum · xxij · die mensis Junij · anno Domini · 1484 ·

Pro Johanne de Bothuille .¹ (A.D. 1365.)

Dauid Dei gracia etc. Sciatis nos dedisse [etc.] / dilecto consanguineo nostro ·· Johanni de Bothuille decem libras sterlingorum et iij^{or} celdras frumenti annuatim nobis debitas de Thanagio de Dovne infra vicecomitatum de Banf pro tempore vite sue [etc.] ·· In cuius rei etc. Apud Dunde ultimo die Julij anno regni nostri tricesimo · Septimo ··

Carta Hugonis de Roos .² (A.D. 1369.)

Dauid Dei gracia ·· Rex ·· Scottorum / Omnibus [etc.] Sciatis nos dedisse [etc.] / dilecto et fideli nostro Hugonj de Roos / illum annum redditum / decem librarum / et quatuor celdrarum frumenti / nobis debitum / siue exeuntem de terris de Dovne cum pertinenciis infra vicecomitatum de Banffe ·· Tenendum et habendum eidem Hugonj et Margarete de Berclay sponse sue / ac eorum diucius viuenti / pro toto tempore vite sue / libere quiete bene et in pace ·· In cuius rei etc. ·· Testibus etc. ·· Apud Perth · xxvj^{to} · die Februarij ·· anno regni nostrj ·· Quadragesimo ··

Bishop of Aberdeen confirmed to the same monks the grant which had been made to them of the church of Gameryn, "cum capella de Trub." The same church and chapel were confirmed to the same monks by Bishop John, between the years 1199 and 1207; by Bishop Adam, between the years 1207 and 1228; and by the chapter of Aberdeen, between the years 1239 and 1247. (Registrum Vetus Cenobii de Aberbrothoc, MS.)

On the twelfth of February, 1226, King Alexander II. confirmed to the monks of Kinlos three bovates of land, called Lethenoth, between the church of Gamerin and Trup, by the sea, which had been gifted to them by Robert Corbeth: "Et ex dono Roberti Corbeth tres bovatas terre inter ecclesiam de Gamerin et Trup juxta mare scilicet Lethenoth per rectas divisas suas cum communi pastura et omnibus alijs aisiamenis ad predictam terram juste pertinentibus." (Registrum Episcopatus Moraviensis, p. 458.)

¹ [From the Registrum Magni Sigilli, p. 52.]

² [From the same, p. 63.]

Confirmacio Hugonis de Roos de Kynfavnyis .¹ (A.D. 1378.)

Robertus Dei gracia Rex Scottorum . Omnibus *etc.* . Sciatis nos dedisse [*etc.*] dilecto consanguineo nostro Hugoni de Roos de Kynfavnyis pro suo seruicio nobis impenso et impendendo illum annum redditum decem librarum sterlingorum et quatuor celdrarum frumenti . nobis debitum . siue exeuntem / de terris de Doune cum pertinenciis . infra vicecomitatum de Banffe . Tenendum et habendum dicto Hugoni et Mergarete sponse sue . et eorum alteri diucius uiuentj . et heredibus dicti Hugonis . de nobis [*etc.*] In cuius rei [*etc.*] apud Methfene primo die Junij . anno regni nostri . Octauo .

Carta pro Domino Johanne Lyonna .² (A.D. 1382.)

Robertus Dei gracia Rex Scottorum . *etc.* . Sciatis nos dedisse [*etc.*] dilecto filio nostro Johanni Lyonna militi illum annum redditum quatuor celdrarum frumenti . et decem libras sterlingorum . exeuntem de terris de Doune cum pertinenciis . infra vicecomitatum de Banffe . Qui quidem annuus redditus nos contingit racione escaete pro eo quod Hugo de Rosse ipsum annum redditum alienauit Andree de Berclay nostra licencia ad hoc non optenta . [*etc.*] In cuius rei *etc.* . Testibus *etc.* . Apud Kyn-drocht penultimo die Augusti . anno regni nostri duodecimo .

Confirmacio carte pro Johanne de Kethe de Troup .³ (A.D. 1413.)

Robertus dux Albanie comes de Fife et de Menteth ac regni Scocie gubernator . Omnibus [*etc.*] sciatis nos quamdam cartam dilecti fratris nostri Roberti de Keth militis Marescalli Scocie factam et cessam . dilecto consanguineo nostro Johanni de Kethe . filio suo . [*etc.*] intellexisse ad

¹ [From the Registrum Magni Sigilli, pp. 147, 155.]

² [From the same, p. 165.]

³ [From the same, p. 251. See also pp. 223—225. In a roll of missing charters of King David II. is "Carta to Andrew Buttergask, of the barony of Troupe, in vicecomitatu de Bamfe." (Robertson's Index to the Charters, p. 53.) Among those accused of treason in "The Black Parliament," at Scone, in August, 1320, were "Domini Eustachius de Maxwel, Walterus de Berclay, vicecomes de Abirtonia, et Patricius de Grahame, milites; Hamelinus de Troupe, et Eustachius de Retreven, armigeri." (J. Forduni Scotchchronicon, lib. xiii. c. 1; Lord Hailes' Annals of Scotland, vol. ii., p. 96. Edinb. 1779. 4to.)]

plenum in hec uerba · OMNIBUS hanc cartam visuris uel audituris Robertus de Keth dominus eiusdem et baronie de Troup · Marescallus Scocie · salutem in Domino sempiternam · Sciatis nos · dedisse · [etc.] · dilecto filio nostro · Johanni de Keth · totas et integras terras nostras dicte baronie de Troup cum pertinenciis · iacentes infra vicecomitatum de Banf · Tenendas [etc.] dicto Johanni · et heredibus suis masculis de corpore suo legitime procreandis · quibus forte deficientibus Alexandro de Kethe filio nostro et heredibus suis masculis de corpore suo legitime procreandis · quibus forte deficientibus heredibus masculis dicti Alexandri cognomen et arma de Kethe portantibus quibuscunque · de nobis et heredibus nostris Marescallis Scocie in feodo [etc.] cum bondis · bondagiis · natiuis et eorum sequelis [etc.] · Faciendo inde domino nostro Regi [etc.] forinsecum seruicium quantum pertinet ad dictas terras cum pertinenciis · et nobis · et heredibus nostris · Marescallis Scocie · tres sectas curie ad tria placita nostra capitalia annuatim tenenda infra terras dicte baronie de Troup · [etc.] Reseruatis tamen nobis et heredibus nostris · Marescallis Scocie · superioritate et seruicio liberetenencium terrarum de Achorthi de Curvi ac de Hayninghil iacencium infra baroniam de Troup antedictam · In cuius rei testimonium presenti carte nostre sigillum nostrum est appensum apud Aberdene · secundo die mensis Junii anno Domini millesimo quadringentesimo tercio · decimo · hiis testibus reuerendo in Xpo patre Domino Gilberto Episcopo Aberdonense cancellario Scocie · nobili et potente domino Domino Alexandro comite de Marre et de Garuiach · Dominis Henrico de Prestone et Alexandro de Keth · fratre nostro · militibus · Willelmo de Keth filio nostro carissimo · et Alexandro de Irwine domino de Drum cum multis aliis · QUAM quidem cartam [etc.] per omnia approbamus [etc.] In cuius rei [etc.] apud Perth xx^o · die Julii anno Domini M^o · cccc^{mo} · terciodecimo · et gubernacionis nostre · octauo ·]

FYVIE.



YVIE, dedicated to Saint Peter the Apostle,¹ has two silver chalices, one gifted by the parishoners. and another by Jane, late Countess of Dumfermling.

Besides the VIRGIN MARY'S PRIORY² and PRIORY AND Church. CHURCH here, ther wer two chappells:

SAINT PAUL'S, at EASTERTON.³ Two Chap-pels

SAINT RULE'S, at MICKLE-FOLLA, called therefor FOLLA-RULE.¹ *Follach*, in Irish, is a place inaccessible, because of mosses, such as this well nigh is.

GIGHT, the seat of Gordon of Gight: the heiress of which Mann a

¹ ["The parish church of Fyvie was dedicated to St. Peter, the memory of which is still preserved in the name of Peterswell, in the immediate vicinity." (The New Statistical Account of Scotland, number xxviii., p. 327. Edinb. 1840.)]

² [See above, pp. 192—200.]

³ ["The vestiges of a chapel are still to be seen on the south side of the hill of Easterton, beside a well called St. Paul's Well, which was long much resorted to by the people of this and the surrounding parishes, and the favour of the saint sought by casting a small offering into the well." (The New Statistical Account of Scotland, number xxviii., pp. 317, 328.) "The vestiges of another chapel are to be seen on the farm of Fetterletter, on the estate of Gight; and probably there was one on the farm of St. John's Well, on the farm of Minonie, although no traces of it now remain. In a field there, there are two sainted springs, one dedicated to St. John, the other to St. Catherine." (*Id.*) "There is a cairn on the outskirts of the farm of St. John's Well, known by the name of Cairnchedly. In digging about it, small earthen urns are frequently found, in all directions, for a considerable distance." (*Id.*, p. 331.)]

⁴ ["The chapel of St. Rule, at Folla, or Folla-Rule, was founded, in 1376, by Adam Pyngil, burgess of Aberdeen, with consent of Marjory Blackvatyr, his spouse. It was endowed with the lands of Folethrowle, which the founder acquired in 1364 from Hugh de Ross, Lord of Pilorth, and brother of William Earl of Ross, and with the mill and mul-tures of Folethrowle. The foundation charter was confirmed by King Robert II., in 1379." (*Id.*, p. 328.) Orem, who wrote about the year 1725, says, "the vestiges of this chapel are yet to be seen in the in-town land of Meikle-Fallow." (Description of the Chanony of Old Aberdeen, p. 87, edit. Aberd. 1791. 8vo.)]

family being married to Davidson of Newton, younger, his son, under the name of Gordon, is now possessor of Gight.¹

ARDLOGIE, belonging to Gordon of Gight.

CRICHIE, formerly belonging to the Grants of Crichtie.

FYVIE CASTLE, the seat of the Earl of Dumfermling, a great house, built by the first Earl,² who was chancellor under King James VI. It belonged of old to the Meldrums,³ who obtained it, under King James I., by marrying one of the coheiresses of Sir Henry Preston of Formartin; and ther is a part of the old work there still called The Preston's Tower, because built by them.⁴

¹ ["Gight Castle, the ancient seat of the family of Gordon of Gight, is now a ruin, but, with its surrounding scenery, a very beautiful and picturesque one. It stands on the north bank of the Ythan, about four miles and a half east of the parish church. The valley of the river on both sides is clothed with fine wood. This estate, now the property of the Earl of Aberdeen, formerly belonged to the maternal ancestors of the late Lord Byron. It was sold soon after the marriage of his mother, who was the heiress. The burial place of the family is in the parish churchyard." (The New Statistical Account of Scotland, number xxviii., pp. 330, 325.) See Mr. Moore's Life of Lord Byron.]

² [Third son of George sixth Lord Seton; appointed President of the Court of Session in 1593; created Lord Fyvie in 1598; Lord Chancellor in 1604; Earl of Dunfermline in 1605; died at Pinkie House on the sixteenth of June, 1622. He acquired the lands of Fyvie by purchase from the family of Meldrum in 1596. See Crawford's Lives of the Officers of State, pp. 155—157; Scot of Scotstarvet's Staggering State of Scots Statesmen, pp. 16—18; The New Statistical Account of Scotland, number xxviii., pp. 323, 324; Brunton and Haig's Catalogue of the Senators of the College of Justice.]

³ [A.D. 1544. "Ane vailyeant and wyse gentile man, Sir George Meldrum of Fyvie, knyght," was sent on an embassy to Boulogne in France, then besieged by the King of England in person. (Bishop Lesley's History of Scotland, p. 187. Edinb. 1830. 4to.)]

⁴ ["Fyvie Castle, an extensive and venerable pile, consists of two sides of a square of turreted architecture. The south east wing, still called The Preston Tower, must have been erected about the year 1400. The south wing has in front a tower called The Seton Tower, with the arms of that family cut in freestone over the gate; the old iron door still remains, consisting of huge interlacing bars, fastened by immense iron bolts, drawn out of the wall on either side. The south west part of the castle is called The Meldrum Tower." (The New Statistical Account of Scotland, number xxviii., pp. 330, 331.)]

DESCRIPTION OF THE PARISH OF FYVIE. BY MR. ALEXANDER HEPBURN.

A.D. M.DCC.XXI.¹

From Turriff to the south-east lyes the parish of Fyvie. The river Ithan runs thro' the middle of this parish, and divides Buthquhan, on the south and south-west, from The Garioch. In Buthquhan, on the river side, stands the palace of Fyvie, at present in the possession of the Marquis of Twedale. At a miles distance to the east, is the parish kirk.² A mile farther, is the mannor of Ardlogie, the joynture house of the dowager of Gight. From which, three miles to the north-east, is the castle of Gight, the residence of Davidson of Gight.

A DESCRIPTION OF THE PARISH OF FIVIE. BY MR. WILLIAM WALKER.

A.D. M.DCC.XXIII.³

The parish of Fyvie, in the shire of Aberdeen, is bordered on the west with Auchterless parish; on the south, with the parish of Rain, and a part of the parish of Old Meldrum; on the east, with the parishes of Tarves and Methlick; on the north, with Monwhitter, and a part of the parish of Turreff.

The church is in the middle of the parish. The principall seats are the castle of Fyvie, on the east side the river of Ithan; the castle of Gight; the houses of Crighie, and Ardlogie.

The castle of Gight is an ancient house, possess'd by the Gordons of Gight.

There is a bridge over Ithan, within half a mile from Fyvie, at the Lewis of Fyvie, which is an inn.

Crighie house belong'd formerly to the Grants.

Ardlogie belongs to the Gordons of Gight.

About a mile and a half north-east from the church, there is an old village, called Woodhead of Fetter Letter, where is a stone tolbooth and a stone cross, and where in old times stood severall yearly mercats.

¹ [From Macfarlane's Geographical Collections, MS.]

² ["About the middle of the churchyard is the grave of the humble heroine of the pathetic Scottish ballad of 'Tiftie's Bonnie Annie.' The original tombstone having become decayed, Mr. Gordon of Fyvie, a few years ago, caused a new one to be placed upon it, a *fac-simile* in every respect. The name of the unfortunate damsel was Agnes Smyth." (The New Statistical Account of Scotland, number xxviii., p. 325.) See Jamieson's Popular Ballads and Songs, vol. i., pp. 126—134; vol. ii., pp. 382—387. Edinb. 1806, 8vo.; A. Laing's Thistle of Scotland, pp. 55—68. Aberd. 1823, 8vo.; P. Buchan's Gleanings of Scarce Old Ballads, pp. 98—105, 197. Peterhead, 1825, 8vo.; Motherwell's Minstrelsy, Ancient and Modern, pp. 239—251, introd. pp. lxxxv., lxxxvi. Glasg. 1827, 4to.; R. Chambers' Scottish Ballads, pp. 137—143. Edinb. 1829, 8vo.]

³ [From Macfarlane's Geographical Collections, MS.]

The course of the water of Ithan from Towie to Fivie is east ; from Fivie to The Peath of Mininie, (which is a precipice two miles distant from Fivie,) north-east two miles. By the house of Gight is a wood two miles in length, on the north of Ithan, and south side of Gight ; and on the south side of the water, is the wood of Mininie, belonging to the Lairds of Tochon.

Carta de ecclesia de Fyuy. ¹ (1189—1196.)

. W . Dei gracia Rex Scotorum . episcopis . abbatibus . comitibus . baronibus . justiciariis . vicecomitibus . prepositis . ministris . et omnibus probis hominibus tocius terre sue . clericis et laicis . Salutem . Sciant presentes et futuri me . dedisse . et concessisse . et hac carta mea confirmasse . Deo . et ecclesie Sancti Thome de Abirbroth . et monachi ibidem Deo ser- uientibus . ecclesiam de Fyuy . cum capellis . terris . et decimis . et ob- lacionibus omnimodis . et cum communi pastura . et aliis aisiamentis . et omnibus aliis ad predictam ecclesiam iuste pertinentibus . Tenendam in liberam . et quietam . et perpetuam . elimosinam . Ita libere . et quiete . plenarie . et honorifice . sicut aliqua elimosina in toto regno meo . libe- rius . quiccius . plenius . et honorificencius . tenetur et possidetur . Tes- tibus . Matheo episcopo Abirdonensi . Ricardo episcopo Morauisiensi . Hugone cancellario meo . Roberto et Radulpho capellanis meis . Comite Dunecano . Comite Gilleberto . Roberto de Londoniis . Willelmo de Moreuilla constabulario . Alano filio Walteri dapifero . Malcolm filio Comitis Dunecani . Willelmo Cumyn . Willelmo de Haya . Roberto de Berchelai . Radulfo Rufo . Adam de Syreis . Hereberto marescallo . Apud Munros .

¹ [From the Registrum Vetus Cenobii de Aberbrothoc, MS. On the third of May, 1489, Sir Alexander Lychtoun, a priest of the diocese of Aberdeen, is presented to the twelve mark vicarage of the parish church of Fyvy, vacant by the death of Sir Thomas Cranno, otherwise Watson. On the twenty-ninth of January, 1499, Sir Andrew Paniter, a priest of the diocese of St. Andrews, is presented to the same vicarage, vacant by the death of Sir Alexander Lychtoun. *Ibid.*

“ In the year 1616, Alexander, Earl of Dunfermline, had a charter from King James VI., uniting the rectory and vicarage of Fyvie into one benefice, and conferring on him the advocacy, donation, and right of patronage of the parish church ; since which time the patronage of the benefice has gone with the Fyvie property.” (The New Statistical Account of Scotland, number xxviii., p. 328.)]

Assedacio terrarum de Ardlogy Johanni Troup concessa .¹ (A.D. 1462.)

Uniuersis et singulis ad quorum noticiam presentes littere peruenerint / Malcomus permissione diuina Abbas monasterii Sancti Thome Martiris de Abyrbrocht . et eiusdem loci conuentus . Salutem in omnium Saluatore . Sciatis nos [*etc.*] assedasse et ad firmam dimississe dilectis nostris Johanni Troup et Jonete sponse sue / pro toto tempore vite eorundem . ac eorum diucius uiuenti / totas et integras terras nostras de Ardlogy cum pertinenciis [*etc.*] Soluendo inde annuatim [*etc.*] custodi domus nostre de Fyue et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris / sex libras usualis monete regni Scocie [*etc.*] / cum omnibus aliis oneribus husbandorum inde debitis et consuets . In cuius rei testimonium sigillum commune capituli nostri presentibus est appensum / apud monasterium nostrum predictum / decimo die mensis Nouembris . anno Domini . millesimo quadringentisimo sexagesimo secundo .

Assedacio terrarum infra burgum de Fywy Johanni Troup et Jonete sponse sue concessa .¹ (A.D. 1465.)

Uniuersis pateat per presentes / nos Malcomum permissione diuina Abbatem monasterii Sancti Thome Martyris de Aberbrothoc / et eiusdem loci conuentum / vnanimi consensu et assensu capituli nostri . assedasse [*etc.*] dilectis nostris Johanni Troup / et Jonete sponse sue moderne / pro toto tempore vite sue / et eorum diucius uiuenti . omnes terras nostras infra burgum de Fywy et extra infra libertatem dicti burgi nobis et monasterio nostro antedictis pertinentes . Soluendo inde annuatim [*etc.*] sex solidos et octo denarios usualis monete regni Scocie [*etc.*] In cuius rei [*etc.*] apud monasterium nostrum predictum / decimo die mensis Octobris . anno Domini millesimo . cccc^o . sexagesimo quinto .

Assedacio garbarum decimalium de Fywe .¹ (circa A.D. 1475.)

Uniuersis pateat per presentes nos Dauid Abbatem monasterii de Aberbrothoc vnanimi consensu et assensu conuentus et capituli nostri [*etc.*] assedasse [*etc.*] honorabili viro . Willelmo Meldrum de Fywey . et

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

Elizabeth sponse sue moderne · eorumque diucius viuenti et suis assignatis / ita quod illi assignati de consensu nostro admittantur / omnes et singulas decimas garbales villarum de Fiwe · Mekle Gurdas · Lytil Gurdas · Comalowne · Haldouch · Sauchok · cum molendino et aliis iustis suis pertinenciis eisdem villis pertinere valentibus / prout idem Willelmus temporibus retroactis gauisus est / pro terminis quindecim annorum plenarie complendorum [*etc.*] Soluendo inde annuatim [*etc.*] viginti libras vsualis monete regni Scocie [*etc.*] Apud idem capitulum · xxi · die mensis Junii anno Domini · · · · ·

Carta pro Willelmo comite Sutherlandie .¹ (A.D. 1365.)

David Dei gracia *etc.* Omnibus [*etc.*] Sciatis nos dedisse [*etc.*] / dilecto et fideli nostro Willelmo comiti Suthirlandie pro homagio et seruicio suo totam illam medietatem thaynagii nostri de Fermartine cum pertinenciis infra vicecomitatum de Abirdene quam nunc habet et quam eidem alias concessimus pro tempore vite sue · Tenendam [*etc.*] in feodo et hereditate in liberam baroniam [*etc.*] / cum tenendis et seruiciis libertenencium cum bondis bondagiis natiuis et eorum sequelis / [*etc.*] /

¹ [From the Registrum Magni Sigilli, p. 52. See also Sir Robert Gordon's Genealogical History of the Earldom of Sutherland, pp. 51—54; Robertson's Index to the Charters, pp. 39, 63, 66, 80.]

In a roll of missing charters by King Robert I. is "Carta to Sir John Broun, knight, of the thanedome of Fromartine, in vicecomitatu de Aberdeen." (Robertson's Index to the Charters, p. 17.)

In a roll of missing charters by King David II. are "Carta to Mauld Bruce, sister to the King, of the lands of Fromerteine, and thanage of Kintore;"—"Carta to Rannald More, chalmelan, of the lands of Formerteine, Akintor, Oboyn," *etc.* (Robertson's Index to the Charters, pp. 36, 53.)

In a roll of missing charters by King Robert I. are "Carta Alexandri Coci, of the lands of the two Culmalows, in the thanage of Frawmartin;"—"Carta to Philip Meldrum, of the lands of Crichmelade, Chreichen Ade, and Chreichen Walter, in thanagio de Fromertein, vicecomitatu de Aberdeen;"—"Carta Patricii de Montealto, the office of Forestership de Killanell et Fromerteine;"—"Carta Thome Brisbane, of the lands of Little Rothy, vicecomitatu de Aberdeen;"—"Carta Marie Cuming, spous to Edmond Cuming, of Gillettnachis and Sauchope, with the mylne, *etc.*, in thanagio de Fromertin." (Robertson's Index to the Charters, pp. 2, 16, 17.) In the year 1449, John of Fiffe, the collector of the King's rents in the shires of Aberdeen and Banff, accounts in exchequer for thirty-six shillings of rent of the third part of the lands of Rothybrisanne, which belonged to the widow of John Duncan, and are now in ward. (Pinkerton's History of Scotland, vol. i., p. 484.)]

Faciendo [*etc.*] quatuor sectas curie vicecomitis nostri de Aberdene ad quatuor placita nostra cappitalia infra dictum vicecomitatum tenenda . Et volumus expresse quod heredes dicti comitis supradicti nobis et heredibus nostris ad wardam et releuim inperpetuum teneantur . In cuius rei [*etc.*] Apud Dundee . penultimo die Julij . . anno regni nostri Tricesimo . . Septimo . .

Carta pro Domino Henrico de Prestoune milite . ¹ (A.D. 1390.)

Robertus Dei gracia Rex Scottorum . Omnibus [*etc.*] Sciatis nos dedisse [*etc.*] dilecto et fideli nostro Henrico de Prestoune militi . pro redemptione Domini Radulphi de Percy militis Anglici . et pro seruicio ipsius Henrici nobis impenso et pro toto tempore vite sue impendendo . omnes terras nostras baronie de Fermartyn cum pertinenciis . infra vicecomitatum de Abirdene . villa de Fvy cum castro eiusdem et customis pertinentibus ad eandem villam / terris de Mykilgurdnes . et quinque marcatis terrarum de Parkhille . vna cum tenandis et tenandriis ejusdem baronie duntaxat exceptis . quas vero prenominatas terras [*etc.*] carissimus consanguineus noster . Jacobus de Lyndesay . miles . non vi aut metu ductus [*etc.*] nobis per fustem et baculum sursum reddidit pureque et simpliciter resignauit [*etc.*] Tenendas [*etc.*] dicto Henrico et heredibus suis de nobis et heredibus nostris in vnam integram et liberam baroniam in feodo et hereditate . cum furca et fossa . sok et sak / tolle et them / infangandthef et outfangandthef / cum aduocacione ecclesiarum si que sint / cum bondis bondagiis et natiuis et eorum sequelis / cum curiis et earum exitibus [*etc.*] . Reddendo inde nobis et heredibus nostris / dictus Henricus et heredes sui quolibet anno inperpetuum . tres sectas curie ad tria placita capitalia in curia nostra vicecomitatus de Abirdene . tantum pro omni alio seruicio [*etc.*] . In cuius rei testimonium presenti carte nostre . nostrum precepimus apponi sigillum . Testibus / venerabilibus in Christo patribus . Waltero et Matheo . Sancti Andree et Glasguensis ecclesiarum episcopis . Roberto de Fif et de Meneteth . fratre nostre dilecto . Archebaldo de Douglas domino Galuydie consanguineo nostro comitibus . Johanne de Dunbar comite Moraue / Daudid de Lyndesay de Glenesk / fratribus nostris . Thoma de Erskyne consanguineo nostro . Roberto de Kethe militibus . et Alexandro de Cokburn

¹ [From the original in the charter room at Fyvie Castle, collated with a copy in the Registrum Magni Sigilli, p. 183.]

de Langtoun custode magni sigilli nostri · apud Edynburghe vicesimo octauo die Septembris · Anno regni nostri Primo ·

Scriptum et extractum pro vera copia de registro per me Johannem de Scheues clericum rotulorum et registri excellentissimi Principis ac domini Domini Jacobi Dei gracia Regis Scocie illustrissimi · per nobilem virum Johannem de Forbas dominum de Tulchoue instantur requisitum · sub mei sigilli appensione et mei signi manualis testimonio apud Sanctum Andream vicesimo nono die mensis Maii anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo tercio ·

I Scheues

Carta Domini Jacobi de Lyndesay / de terris de Mikill Gurdeness et Parkhill · ¹ (1390—1397.)

Omnibus hanc cartam visuris vel auditoris · Jacobus de Lyndesay dominus de Buchan / et de Crawford / Salutem in Domino sempiternam · Noueritis nos dedisse [*etc.*] dilecto et fideli nostro / Domino Henrico de Prestoun militi / et dilecte sorori nostre Domine Elisabeth · sponse sue · et eorum diucius viuenti / omnes terras nostras de Mikill Gurdeness / et quunque marcatas terre del Parkhill cum pertinenciis iacentes in baronia de Fermartyn infra vicecomitatum de Abirdene · Que quidem terre [*etc.*] fuerunt quondam dicti Domini Henrici · et quas [*etc.*] idem Dominus Henricus / non vi aut metu ductus [*etc.*] nobis per fustem et baculum sursum reddidit / [*etc.*] Tenendas et habendas [*etc.*] prefatis Domino Henrico et Domine Elisabeth sponse sue et eorum diucius viuenti / et heredibus inter eosdem legitime procreatis seu procreandis / quibus forsan deficientibus veris heredibus dicti Domini Henrici quibuscunque / de nobis et heredibus nostris in feodo et hereditate imperpetuum [*etc.*] · Faciendo inde annuatim / [*etc.*] nobis et heredibus nostris tres sectas curie / ad tria placita nostra capitalia tenenda apud Fyvyn · pro omni alio seruicio seculari [*etc.*] · In cuius rei testimonium · presenti carte nostre sigillum nostrum est appensum · Hiis testibus venerabile in Christo patre · Domino Gilberto Dei gracia Episcopo Aberdonensi · carissimo patre nostro Domino Willelmo de Keth Marescallo Scocie / Dominis Roberto de Keth fratre nostro dilecto · Alexandro Frasser vicecomite de Abirdene · Johanne de Remorgeny · militibus · Laurencio de Leth · Willelmo de Camera · et multis aliis ·

¹ [From the original in the charter room at Fyvie Castle.]

Conuencio inter Dominam Mergaretam de Lyndesay et Dominum Henricum de Prestoun super castro de Fyvy .¹ (A.D. 1403.)

In Dei nomine Amen . Per presens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter / quod anno Domini millesimo quadringentesimo secundo . Indictione . xi^a . pontificatus sanctissimi in Christo patris domini Benedicti diuina prouidencia pape decimi tercii anno nono . quarta die mensis Februarii . in reuestiario Beati Nicholai de Abirdene . In mei notarii publici et subscriptorum presencia personaliter constituti nobilis domina Mergareta . vna heredum et senior filia bone memorie quondam Domini Jacobi de Lyndisay militis domini de Bouchan / et sponsa quondam domini Thome Coluill nuper defuncti . in sua viduitate existens aetrix ex parte vna . Et nobilis vir Dominus Henricus de Preston miles dominus de Fremartin reus ex altera . vnanimi consensu compromiserunt et se submiserunt summarie et de plano declaracioni et determinacioni nobilis et potentis domini Domini Willelmi de Keth Marescalli Scocie et consilii sui tunc presentis / de omnibus controuersiis contentionibus et debatis motis et mouendis super iure et proprietate castri de Fyvy cum pertinenciis / prout in carta Domini Henrici antedicti plenius continetur . et de ratihabicione ambe partes per manus dextras in manu dicti Domini Willelmi de Keth corporalem fidem presterunt . Carte vero antedictae tenor sequitur et est talis . . OMNIBUS hanc cartam visuris vel auditoris / Thomas Coluill miles filius et heres domini Roberti Coluill . dominus de Oxinham . et Mergareta sponsa mea . Salutem in Domino sempiternam . Noueritis nos vnanimi consensu et assensu dedisse [etc.] necnon titulo vendicionis dimississe dilectis nostris Domino Henrico de Preston militi domino de Fremartin . et Domine Elisabeth sponse sue et eorum diucius viuenti . totam partem nostram domini et baronie de Fremartin / infra vicecomitatum de Abirden . videlicet . de castro et burgo de Fyvy . cum toloneiis et burgi firmis . ac cum omnibus et singulis tenentibus . et tenandriis . et seruiciis libereteneucium quibuscunque . ad dictum castrum burgum et baroniam spectantibus seu quoquomodo spectare valentibus in futurum . Que fuerunt quondam nobilis viri Domini Jacobi de Lyndisay domini earundem . patris predictae Mergarete vxoris mee . et que michi ratione dicte vxoris mee pertinere noscuntur . pro centum libris sterlingorum nobis per dictum Dominum Henricum in nostra necessitate solutis et

¹ [From the original in the charter room at Fyvie Castle. See Robertson's Index to the Charters, p. 148.]

in vsus nostros plene conuersis · Tenendam et habendam totam dictam partem nostram · eidem Domino Henrico et Domine Elisabeth sponse sue · et eorum diucius viuenti · et heredibus inter eosdem legitime procreatis seu procreandis · quibus forsan deficientibus veris heredibus et assignatis dicti Domini Henrici · a nobis et heredibus nostris · de domino nostro Rege in feodo et hereditate imperpetuum [*etc.*] · Faciendo inde domino nostro Regi [*etc.*] seruicium debitum et consuetum [*etc.*] · In cuius rei testimonium sigilla nostra huic presenti carte nostre apponi fecimus / apud Edinbrugh duodecimo die mensis Junii · anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo · Hiis testibus venerabili in Christo patre Gilberto Dei gracia Episcopo Abirtonensi et cancellario Scocie · Waltero Senescalli domino de Breichin · Daud Lindisay domino de Glenesk · Roberto Logane domino de Restalryke · Johanne de Krichton · Johanne de Johnstoun · Johanne de Ramorgen · Roberto Wigmar · et Willelmo de Dalvel / militibus · Roberto Maxuell · Adam Froster · Johanne de Turribus · et Johanne de Strathawyn · et multis aliis · · QUBUS sic peractis · visa carta cum munimentis dictum negocium concernentibus · auditisque hinc inde allegacionibus et partis vtriusque racionibus · habita prius deliberacione matura · dictus Dominus Willelmus de Keth cum dicto consilio suo ordinauit · determinauit · et declarauit · dictum Dominum Henricum plenum ius ad dictum castrum cum pertinenciis habuisse · et habere · et raciones allegacionesque per dictam Dominam Margaretam contra cartam et alia munimenta Domini Henrici oppositas non valere · De quibus sic peractis dictus Dominus Henricus petiit per me notarium publicum sibi fieri publicum instrumentum · Presentibus reuerendo in Christo patre Gilberto Episcopo Abirtonensi et cancellario Scocie · venerabili patre Abbate de Deere · Johanne Fraser de Forglen · Patricio de Crauford · et Willelmo de Camera / armigeris · magistro Thoma Trayle · magistro Willelmo de Camera · et domino Willelmo Lange / canonice ecclesie Abirtonensis · testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis ·

Et ego Thomas de Edinham clericus Abirtonensis diocesis publicus auctoritate Imperiali notarius [*etc.*] ·

Confirmacio carte Domini Johannis Herys de Trareglys ·¹ (A.D. 1405.)

Robertus Dei gracia Rex Scottorum · Omnibus [*etc.*] · Sciatis nos quandam cartam Johannis Herys de Trareglys militis · et Eufemie sponse

¹ [From the original in the charter room at Fyvie Castle. See Robertson's Index to the Charters, p. 149.]

sue · factam et concessam dilecto et fideli nostro Henrico de Prestoun de Formartyn militi · et Elizabeth sponse sue · et eorum diucius viuenti · de tota parte sua domini et baronie de Formartyne / infra vicecomitatum de Abirdene [*etc.*] / intellexisse ad plenum in hec verba · · OMNIBUS hanc cartam visuris vel auditoris Johannes Herys miles dominus de Trareglys · et Eufemia sponsa mea · salutem in Domino sempiternam · Noueritis nos vnanimi consensu et assensu dedisse [*etc.*] / nec non titulo vendicionis dimisisse · dilectis nostris Domino Henrico de Prestoun militi / domino de Fermartyne · et Domine Elizabeth sponse sue · et eorum diucius viuenti · totam partem nostram domini et baronie de Fermartyne infra vicecomitatum de Abirdene [*etc. ut supra, p. 501.*] Que fuerunt quondam nobilis viri Domini Jacobi de Lyndisay domini earundem · patris predictæ Eufemie vxoris mee · et que michi ratione dicte vxoris mee pertinere noscuntur · pro sexaginta libris sterlingorum [*etc. ut supra, pp. 501, 502.*] · · QUAM quidem cartam [*etc.*] in omnibus et per omnia approbamus [*etc.*] Saluo seruicio nostro · In cuius rei testimonium presenti carte nostre confirmationis / nostrum precepimus apponi sigillum · Testibus reuerendis in Christo patribus Henrico Episcopo Sancti Andree · Gilberto Episcopo Abirdonensi cancellario nostro · Roberto duce Albanie comite de Fyf et de Menteth fratre nostro germano · Dauid de Lyndesay comite de Crauforde · Jacobo de Douglas de Dalketh · et Dauid Flemyng de Bycars / militibus · apud Perth primo die mensis Septembris / anno Domini millesimo quadringentesimo quinto · et regni nostri anno sexto decimo ·

Scriptum et extractum pro vera copia de registro per me Johannem de Scheues · clericum rotulorum et registri excellentissimi Principis ac domini Domini Jacobi Dei gracia Regis Scocie illustrissimi · per nobilem virum Johannem de Forbas dominum de Tulchone instantèr requisitum · sub mei sigilli appensione et mei signi manualis testimonio · apud Sanctum Andream vicesimo nono die mensis Maii · anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo tercio ·

I Scheues

Carta Georgii Meldrum ·¹ (A.D. 1503.)

Jacobus Dei gracia Rex Scottorum · Omnibus [*etc.*] · Sciatis nos dedisse [*etc.*] dilecto nostro Georgeo Meldrum filio et apparenti heredi Willelmi

¹ [From the original in the charter room at Fyvie Castle.

On the first of July, 1494, "the lordis of consale decrettis and deliueris that Alexander

Meldrum de Five / totas et integras terras et baroniam de Formartyne cum tenentibus tenandriis et liberetenencium seruciis eorundem / castrum et fortalitium de Fivee / villam et burgum de Fivee / cum firmis burgalibus et annuis redditibus eiusdem cum pertinenciis / terras de Mekill Gurdess et molendinum earundem / Blachree / Badichale / terras foreste de Kynnawale / finem silve vulgariter le Wodend / Litill Gurdess / le Common Lone / Haldaw / Derley / Petty cum molendino eiusdem / le Stratht et brasina eiusdem / dimidietatem terrarum de Park de Five / terras de Jakstoun / le Estirtoun / Sauchak cum molendino eiusdem cum pertinenciis / iacentes infra vicecomitatum nostrum de Abirdene · Que quidem terre [*etc.*] fuerunt dicti Willelmi hereditarie et quas ipse non vi aut metu ductus nec errore lapsus [*etc.*] simpliciter resignavit [*etc.*] · Tenendas et habendas [*etc.*] Reddendo inde annuatim [*etc.*] nobis et successoribus nostris tres sectas ad tria placita capitalia vicecomitatus nostri de Abirdene / vna cum wardis releuiis et maritagiiis cum contigerint / reseruatis prius reseruatis / In cuius rei testimonium presenti carte nostre magnum sigillum nostrum apponi precepimus · Testibus reuerendissimo in Christo patre nostroque carissimo fratre Jacobo Sancti Andree Archiepiscopo et cancellario nostro · reuerendo in Christo patre Willelmo Episcopo Aberdonensi nostri secreti sigilli custode · dilectis consanguineis nostris Archibaldo comite de Ergile domino Campbele et Lorn magistro hospicii nostri / Patricio comite de Boithuile domino Halis *etc* / Alexandro domino Hume magno camerario nostro / Andrea domino Gray iusticiario nostro · et dilectis clericis nostris magistris Ricardo Murehede decano Glasguensi secretario nostro / et Gawino Dunbar decano Morauiensis nostrorum rotulorum et

Innes of That Ilke sone of vniquhile James Innes of That Ilk and intronettour with his gudis dois wrang in the detentioune and withhalding fra William Meldrum of Five of the malez profitis and dewiteis of the lands of Bogmothill liand within the schirefdom of Banff be the space of xij yeris bigain pertenying to the said William be infentment chartour and possessionne maid to him be the said vniquhile James Innes extending yerly to xx pundis [*etc.*] And elikwise that the said Alexander sall werrand kepe and defend to the said William the lands of Rothebrisbene liand within the schirefdom of Abirdene And also that the said Alexander as intronettour forsaid sall refond and pay to the said William the malez profitis and dewiteis of the saidis landis of Rothbribene of the termez of tene yeris bigane extending yerely to ten pundis takin vp be the said vniquhile James of five yeris before his deceas and beand in our Souerane Lordis handis vther five yeris sene his decease be ressonne of warde / as wes elikwise grantit and confessit be the said Alexander in presens of the lordis." (Acta Dominorum Concilii, pp. 348, 349.)]

registri ac concilii clerico · Apud Edinburgh penultimo die mensis Januarii anno Domini millesimo quingentesimo secundo · et regni nostri decimo quinto ·

Carta Marie Comyn ¹ (1306—1329.)

Robertus *etc.* Sciatis nos concessisse Marie Comyn sponse quondam Edmundi Comyn militis / totam terram de duabus Cullenachys et de Salchope cum molendino / infra thanagium nostrum de Fermartyn · in extentu viginti marcarum terre · quousque predicta Maria terciam partem suam ipsam iuste et secundum assisam terre contingentem / de omnibus terris que fuerunt dicti quondam Edmundi mariti sui infra regnum nostrum / poterit recuperare / vel aliter sibi competenter duxerimus prouideri · Tenendam et habendam de nobis et heredibus nostris [*etc.*] · Saluo nobis tantum de dicta terra seruicio Scoticano in exercitu nostro · Concessimus etiam eidem de gracia nostra speciali quod possit libere / sine aliquo impedimento seu contradicione balliuorum nostrorum / homines quos induxerit ad dictam terram tenendam libere abducere cum bonis earundem ubicunque voluerit / dummodo non sint natiui et ligii homines dicte terre ab antiquo · In cuius *etc.*]

AUCHTERLESS.



AUCHTERLESS had for its tutelar Saint Donan, abbot. This saint fled in A.D. DC.XL : his feast is on April the seventeenth, and that of his relicts on April the eighteenth. Dempster* says, his staff, being kept here, cured fever and jaundice, but was broken by the reformers. The collect used in this diocese for his festival runs thus :

¹ [From the Earl of Haddington's Collection of Charters, vol. ii., p. 47, MS. See Robertson's Index to the Charters, p. 2.]

* *Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum*, [t. i., p. 207 : "S. Donanus abbas, aureo illo sanctorum seculo, incomparabili vitæ integritate fulsit. Baculum hæretici corruperant, qui circumlatus febrî et morbo Regio medebatur. Ejus sunt : 'Monasticæ Vitæ Institutum, lib. i. ; De S. Trinitatis Mysteriis, lib. i. ; Regula Officii Ecclesiastici, lib. i.' Vixit anno DC.XL. Colitur die XVII. April. Breviar. Scot. Patronus in Auchterles, Thomæ Dempsteri baronia, cujus sanctæ reliquiae elevatae XVIII. April. et nundinae frequentes toto eo tractu." See D. Camerarii de Scotorum Fortitudine, pp. 132, 133. "A market called

“Omnipotens sempiterne Deus quoniam ad te animas erigimus nostre iuuentutis delicta obliuisceri quesumus vt intercessione beati

Donan Fair, from Donan the tutelary saint of the parish, is held in the kirktown in the month of April.” (The New Statistical Account of Scotland, number xxviii., p. 292. Edinb. 1840.)

“MALCOLMUS ARDES, nobilissimo sanguine natus in Achterles, unus eorum fuit, qui Scotia exterminati tyrannide Eduardi I. Angli, ubi spes melioris rei affulserat, iterum redierunt, et non parum operae accomodaverunt patriae. Fuit autem Carmelitani ordinis provincialis. Scripsit rudi stylo, ut ea tempora ferebant, ‘De Bello ad Fawkirk, lib. 1.; De liberata Scotia, lib. 1.’ Floruit anno mcccxciv. Henricus Sinclairus.” (T. Dempsteri Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, t. i., p. 35.)

“PATRICIUS BISSETUS, clarissima apud suos origine, ex ea familia quae Achterles et Fifam comitatus titulo tenuerunt: hic vero Bononiae artes optimas professus, summa eruditionis opinione inclaruit, ac jus canonicum per multos annos cum docuisset, tandem amicitia strictiore cum Bonifacio Gozadino contracta, ad eum scripsit ‘De Irregularitate, lib. 1.; Lectiones Ferales, lib. 1.’ Claruit anno mccccl. Alidosius.” (T. Dempsteri Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, t. i., p. 95.)

“JACOBUS LAINGÆUS, natus in Achterles, heriditario baronatu Dempsterorum Mureskiae, doctor theologiae, socius Sorbonicus, acerrimus haeresis hostis, vitae probatissimae ac variae lectionis, doctissimus sui ordinis habebatur, impense laudatus a Joanne Roennio, Gymnasii Thesaurarii praefecto, in oratione de Laudibus Sorbonae; et incassum ranae Hirlandicae tanti viri laudibus obcoaxant in libello famoso suo vili, indocto, ab ecclesia proscripito. Scripsit multa; in his ‘In Magistrum Sententiarum, lib. 1v.; In universam Aristotelis Philosophiam Commentar. lib. 1.’; vidi apud ipsum MSS.; ‘Quodlibeta Sorbonica, lib. 1.; De Vita, Doctrina, Obitu Lutheri, Calvini, aliorumque Haereticorum, lib. 1.’ pium et veracem, qui ex Gallico Latinus pridem factus, mox etiam Germanicus prodiit Ingolstadii anno MDLXXXII. Antonius Possevinus, tom. II. Apparatus Sacri pag. LXXXIX. Ex hoc multa mutatus est Florimundus Remundus, opere de Ortu, Augmento, et Casu Haereseos, et alii. Obiit anno MDXCIV. in Sorbonensi sacello, prout testamento praescripserat, sepultus. Vixit aquilae senectam annos xciii. Summa ipsius fuit claritudo sub annum MDLVII.” (T. Dempsteri Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, t. ii., pp. 438, 439.) See G. Coanei De Duplici Statu Religionis apud Scotos, p. 167; Maidment’s Catalogues of Scotch Writers, pp. 8, 92; M’Crie’s Life of Knox, *passim*.

The learned, amiable, and pious HENRY SCOUGAL, (born 1650, died 1678,) author of ‘The Life of God in the Soul of Man,’ was rector of Auchterless in the years 1673 and 1674, before his preferment to the chair of theology in the King’s College and University of Aberdeen. His life has been often written; but his biographers appear to have overlooked one of his works: Private Reflexions and Occasional Meditations, together with some Essays Moral and Divine. By Henry Scougal, S. T. P., author of the Life of God in the Soul of Man. Done from an Authentic MS. To which is prefix’d, a particular account of the Author’s life. Aberdeen: printed for and by J. Chalmers. 1740. 8vo. pp. 35. A second but less perfect edition appeared in the same place in 1765, in 8vo., pp. 38.]

Donani confessoris tui et Abbatis siquidem negligenter delinquimus
 clementer ignoscere digneris · ” *
 * Aberdeen Breviary, [prop. Sanct. pro temp. hyemali, fol. lxxxvii.]

It has two silver chalices, gifted about A.D. M.DCC.XX. by the parishoners.

VIRGIN MARY'S¹ at SIGGET is the most famous in this diocese Chappel.

TOWIE,² was for many years the seat of the principal branch, if Mannors.
 not the stock of the Barclays, (those of Towie contending for the chiefship with those of Gartley,) but in the last age, the heiress married Gordon of Rothimay, to whom she bare a daughter, who, taking the name of Gordon, and becoming also heiress, married Sir George Innes of Cockston, to whom she bare a son

BADENSCOTH is the seat of Gordon of Badenscoth, descended of Lesmore.

BLACKFORD, lately belonging to the Gellies of Blackford; now, a fine new house, built by Forbes of Blackford, son to Forbes of Auchorties.

* Aberdeen Breviary, [prop. Sanct. pro temp. hyemali, fol. lxxxvii.]

¹ [“ There is a well at the distance of fully a mile east from the church, supposed to have been dedicated to the Blessed Virgin Mary. Within the recollection of some of the oldest inhabitants, money and other articles, were deposited on Pash [Easter] Sunday, by those whose superstitious feelings led them to frequent the well. Close by this fountain are the remains of a place of worship, to which had been attached a burying ground, where several families of distinction were interred.” (The New Statistical Account of Scotland, number xxv., p. 287.)

“ In the immediate vicinity of the church, there is a small artificial eminence, of an oval shape, surrounded by a ditch, which is now in many places very much filled up. It still retains the name of The Moat-head, and was formerly the seat of the baronial court. The Gallow-hill, where the criminals were executed and buried, is in its neighbourhood.” (*Id.* p. 286.)

“ The remains of Druidical circles are pretty numerous in different parts of the parish. By far the most remarkable is situated on a considerable eminence on the farm of Logie-Newton, called The Kirkhill. Three concentric circles may be distinctly traced: the stones are very large, and of a white colour.” (*Id.* p. 287.)

“ There are a few Druidical circles, but not so large as in many other places. Superstition still spares them, though stones are so scarce.” (Statistical Account of Scotland, vol. xii., p. 312. Edinb. 1794.)

² [See above, pp. 462, 463, 466.]

[DESCRIPTION OF THE PARISH OF AUCHTERLESS. BY MR. WILLIAM WALKER.

A.D. M.DCC.XXIII.¹

The parish of Auchterless, in the shire of Aberdeen, in the country of Buchan and Formartin, has on the west the parishes of Turreff, Ennerkeithnie, and Foirc; on the south, the parishes of Culsamon and Rain; on the east, the parish of Fivie; and on the north, the parish of Turreff.

The church is situated in the middle of the parish, four miles to the south of the church of Turreff. The water of Ithain, or Ythan, which arises from the hills of Fouldan, and the wells of Ithain, (being three christall springs in the parish of Foirc.) runs on the border of the parish a mile north; whence its course is east through the middle of the parish two miles; from thence it runs north four miles by the church and center of the parish to Towie, in the parish of Turreff. This water divides the country of Buchan from Formartine.

The principal seats are Blackfoord, Badenscoth, and Hatton.

Blackfoord is a pretty new house, built after the English modell, *anno* M.DCC.XXII, belonging to Alexander Forbes of Blackfoord.

Badenscoth is situate on the east of the water of Ithan, one and a half miles from the church south, belonging to William Gordon of Badenscoth.

Hatton is an eighth part of a mile distant from the church, west; formerly belonging to the Meldrums of Hatton, at present possess by Alexander Duff of Hatton.]

FORGLEN OR TEUNAN-KIRK.²



FORGLEN, (in Irish,) signifies *the hollow of a vale*, which agrees well with the situation of the chief mannor here, whence the whole parish has its name. The church has for its tutelar Saint Theunan. This saint is said to have been preceptor to King Eugen V., who began to reign A.D. DC.LXXXVIII. I find him called confessor; and

¹ [From Macfarlane's Geographical Collections, MS.]

² ["The name of the parish was formerly 'T Eunan, or St. Eunan, after the saint of that name, to whom the church had been dedicated." (Statistical Account of Scotland, vol. xiv., p. 530. Edinb. 1795.) "This parish is sometimes called Teunan, or St. Eunan, from a saint of that name, to whom a chapel was dedicated, the ruins of which still remain, at the mouth of a rivulet which falls into the Deveron. Forglen and the neighbouring parish

his feast is on September the twenty-third. Camerarius¹ says he was counsellor to King Eugen VI., and abbot of Melross; and places his feast on September the twenty-sixth: but he is not reckoned one of the exactest authors. Mr. Thomas Innes takes him to be the very same with Saint Adamnan, who in Irish is called Ainan, and their day is the same, September the twenty-third; Teunan being formed from Saint Ainan, as Trowel and Tantan from Saint Rule and Saint Antony.

FORGLEN,² in the last age, belonged to the Irvins of Drum; but Mannors. is now possessed by Ogilvy of Forglen, son to George second Lord Banf, by Agnes, daughter to Alexander Lord Haulkerton.

of Alvah were at one time joined; but, before the middle of the seventeenth century, Forglen was erected into a separate parish, and an annexation from the adjoining parish of Marnoch, (comprehending the greater part of the estate of Carnousie,) was made to it both *quoad sacra et civilia*." (The New Statistical Account of Scotland, number xi., pp. 83, 84, 87. Edinb. 1836; Statistical Account of Scotland, vol. xiv., p. 530.) "There are two barrows unopened, about six hundred yards from the church. In making a road in 1827, an urn was dug up, containing a quantity of ashes. Another urn with similar contents was found about twenty years ago." (The New Statistical Account of Scotland, number xi., p. 87.) "There is a Druidical temple in the woods of Forglen." (Statistical Account of Scotland, vol. xiv., p. 543.)

"S. THEWVANUS abbas, vir mirae sanctitatis, et singularis in erudiendo populo constantiae, Eugenii etiam VI. Regis praeceptor, scripsit 'Quorundam SS. Vitas, lib. i.' Florebat anno DCLXXXIV. Recolitur ejus sacra memoria die XXIII. Septembris. Calendarium Adami Regii, et Breviaria Scotica." (T. Dempsteri Historia Ecclesiastica Gentis Scotorum, t. ii., p. 613.)

¹ [De Scotorum Fortitudine, p. 177.]

² ["Over the entry to the house of Forglen are placed the arms of Scotland. Below these, are the arms of the owner of the house at the time that part of it was erected, which we learn from one of the stones was the year 1577. Above the Royal arms we find written: "HOUP OF REVAIRD CAVSIS GVID SERVICE"; and under the arms of the family is the following inscription:

" DO VEIL AND DOVPT NOCHT
ALTHOCH THOV BE SPYIT ·
HE IS LYTL GVID VORTH
THAT IS NOCHT INVYIT ·

TAK THOV NO TENT
QVHAT EVERI MAN TELLIS ·
GYVE THOV VALD LEIVE ONDEMIT
GANG QVHAIR NA MAN DVELLIS · "

and below this: "GOD GYVES AND HAS NOCHT THE LES ·" (The New Statistical Account of Scotland, number xi., pp. 87, 88; Statistical Account of Scotland, vol. xiv., p. 535.)]

DUNLUGUS was possessed, under King James III., by Walter Ogilvy of Dunlugus, (son to Ogilvy of Lintrethan,) who is now represented by the Lord Banf. But Dunlugus is now possessed by Gordon of Dunlugus.

CARNOWSIE, the seat of Gordon of Carnusie, (son to Gordon of Edenglassie, in Murthlack parish.)

[DESCRIPTION OF THE PARISH OF FORGLEN. BY MR. WILLIAM OGILVY.

A.D. M.DCC.XXIV.¹

This parish containeth little bounds, bordering with Alva to the north-west, and Marnoch parish to the south; with the parish of Turreff to the east-south-east, and Innerkeithny to the south-south-east. The church stands on the water of Doveron, south-east; and from it lyeth the house of Forglen, belonging to Lord Forglen, on the water of Doveron, to north-west from the church one myle; but the water is east of the house. From the church to south-west one myle, is ane dwelling house called Carnousie, belonging to Sir George Ogilvy, baronet, and now to the name of Gordon; the house from Doveron to east, half a myle, where there's a considerable planting on the water syde belonging to Carnousie; and of old that land belonged to the family of Lord Banff. About Forglen and Todlae, mentioned in Alva parish, there's a great dale of ground inclosed, planted by Lord Forglen.

Carta Regis · W · de custodia de le Bracbenoch ·² (1178—1211.)

· Willelmus · Dei gracia Rex Scottorum · Omnibus probis hominibus
tocius terre sue · clericis et laicis · Salutem · Sciant presentes et futuri
me · concessisse · et hac carta mea confirmasse · monachis de Abyr-
brothok · custodiam de Bracbenoch · Et eisdem monachis · dedi · et
concessi · et hac carta mea confirmaui · cum predicta Bracbenoch · terram
de Forglint · datam Deo · et Sancto Columbe · et le Bracbenach ·
Quare uolo et precipio quatinus predictam terram et custodiam de Brac-
benach habeant · libere et quiete · Faciendo inde seruicium quod michi
in exercitu debetur de illa terra cum predicta Bracbenoch · Testibus
· G · comite de Marr · Oliuero capellano meo · Willelmo de Bosco
clerico meo · Herberto de Camera · Apvd Abirden · xx^o · viij^o · die
Junii ·

¹ [From Macfarlane's Geographical Collections, MS.]

² [From the Registrum Vetus Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

Carta terrarum de Forglen Malcom de Monymusk .¹ (A.D. 1315.)

Uniuersis presentes literas inspecturis . Malcomus de Monimusk . filius quondam Domini Thome de Monimusk militis . Salutem in Domino . Noueritis me infeodatum esse per dominos meos Dominum Bernardum Dei gracia abbatem de Abbyrbrothok . et eiusdem loci conuentum . de terra de Forglen . in hec verba . . SCIANTE omnes / tam presentes quam futuri / quod nos . Frater Bernardus . permissione diuina Abbas de Abbyrbrothok . et eiusdem loci conuentus / de expresso consensu et assensu tocius capituli nostri / habito super hoc prius diligenti tractatu / considerataque utilitate monasterii nostri / dedimus . concessimus . et presenti carta nostra confirmauimus . Malcom de Munimusk . totam terram nostram de Forglen . que pertinet ad Bracenniach . cum omnibus pertinentiis suis . una cum iure patronatus ecclesie eiusdem terre . Tenendam et habendam . eidem Malcom et heredibus suis . de nobis et successoribus nostris in perpetuum . libere . [etc.] . Concessimus eciam eidem et heredibus suis . curiam suam de hominibus in dicta terra manentibus . de omnimodis placitis et querelis infra dictam terram accidere ualentibus . cum amerciametis . et eschetis . inde iuste prouenientibus . Saluis nobis et successoribus nostris placitis mouendis de quatuor querelis ad coronam Domini Regis pertinentibus in omnibus . Dictus uero Malcomus et heredes sui facient in exercitu Domini Regis . nomine nostro . seruicium pro dicta terra quod pertinet ad Bracennach . quociens opus fuerit . pro omni alio seculari seruicio et demanda . Reddendo inde nichilominus nobis et successoribus nostris ipse et heredes sui . apud Abbyrbrothok . annuatim . quadraginta solidos argenti . nomine feodofirme . [etc.] et nobis et successoribus nostris ac monasterio nostro tam ipse quam heredes sui successiue prestabunt fidelitatis sacramentum . In cuius rei testimonium presenti carte nostre commune sigillum capituli nostri concorditer est appensum . Teste capitulo nostro predicto . IN cuius rei testimonium presentibus sigillum meum apposui . Datum apud Abbyrbrothok . die Jouis proximo ante festum cathedre Sancti Petri apostoli . anno gracie . millesimo . trecentesimo . quarto decimo .

Carta terrarum de Forglen Johanni Fraser .¹ (A.D. 1388.)

Omnibus hanc cartam visuris vel auditoris / Johannes permissione diuina Abbas monasterij de Aberbrothoc / et eiusdem loci conuentus / eternam

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

in Domino salutem · Sciatis nos ex consensu totius capituli nostri / diligenti tractatu prius habito / dedisse [etc.] Johanni Fraser et heredibus suis de corpore suo legitime procreandis · totam terram nostram de Forglen que pertinet ad Barcbennach · una cum iure patronatus ecclesie eiusdem terre · pro homagio et seruicio nobis et successoribus nostris · faciendoque in exercitu Domini Regis · nomine nostro pro dicta terra · quod pertinet ad Bracbennach / quociens opus fuerit · Quam quidem terram Gilbertus Urry et Johanna sponsa eius / heres quondam Mariorie sponse Johannis Fraser filie et heredis quondam Domini Johannis de Monimusk militis / apud Forglen · tercio die mensis Augusti · anno Domini · millesimo · trecentesimo · octogesimoque · septimo · coram quampluribus fidedignis · videlicet · Dompno Roberto de Dumbar / Johanne filio Nicholai · Johanne Boners monachis / Alexandro Skyrnichue de Aberbrothoc senescallo nostro / Thoma Fraser de Kornton · Willelmo de Dissynton filio et herede Domini Willelmi de Dyssynton militis · Andrea Malvyn · Johanne Seton burgensibus de Aberbrothoc · Johanne Conan de Conansythe · et multis aliis · nobis per fustum et baculum reddiderunt et resignauerunt [etc.] Tenendam et habendam eidem Johanni et heredibus suis legitime de corpore suo procreandis de nobis et successoribus nostris in perpetuum libere [etc.] Et si contingat dictum Johannem et heredes suos de corpore suo legitime procreatos deficere absque liberis de corporibus suis legitime procreatis / Andreas filius dicti Johannis pro se et heredibus legitime procreatis et procreandis modo quo supra dictam terram libere possidebit · Et si contingat dictum Andream vel heredes suos de corpore suo legitime procreatos in fata decedere · nullo herede ut premititur superstite / Willelmus Fraser frater ejus et heredes sui legitime de corpore suo procreati predictam terram de Forglen modo quo superius est expressum bene et pacifice possidebunt · Salua nobis semper et successoribus nostris regalitate in eadem terra · Saluo etiam iure cuiuslibet · Reddendo inde nobis et successoribus nostris annuatim · quadraginta solidos sterlingorum · ad duos anni terminos [etc.] Dictus vero Johannes et heredes sui ac etiam Andreas et Willelmus ac filii sui ac heredes sui / ut premititur / de corporibus suis legitime procreati nobis et successoribus nostris homagium et seruicium nichilominus facient · Dicti etiam Johannes et heredes sui [etc.] nullo modo dictam terram vendent impignorabunt seu modis aliquibus alienabunt sine nostra aut successorum nostrorum licencia speciali petita pariter et obtenta [etc.] · In cuius rei testimonium presenti carte nostre per modum cyrograffy confecte nostrum apposuimus sigillum commune ·

alteri vero parti huius carte sigillum dicti Johannis, appositum est patenter · Teste eodem capitulo nostro · apud Aberbrothoc secundo die mensis Marcii anno supradicto ·

Resignacio terrarum de Forglen in manibus Abbatis · ¹ (A.D. 1411.)

Venerabili in Christo patri ac domino suo in hac parte superiori · Domino Waltero Dei gracia Abbati monasterij de Aberbrothok · et eiusdem loci conuentui · Johannes Fraser dominus de Forglen reuerenciam debitam cum honore · Ego Johannes Fraser predictus · non vi aut metu coactus nec errore lapsus / nec dolo vel fraude seductus / set mea mera et spontanea voluntate motus · in manus vestras sursum reddo / ac pro me et heredibus meis per fustem et baculum pure et simpliciter resigno / omnes et singulas terras meas de Forglen · cum omnibus suis pertinenciis · quas de vobis teneo in capite · una cum toto jure et juris clameo que ego vel heredes mei in predictis terris cum pertinenciis habemus / habuimus / vel habere poterimus / quouismodo · sic quod vos domine mi superior in hac parte de predictis terris cum pertinenciis libere valeatis disponere pro libito vestre voluntatis · Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliqui nec aliqua nomine nostro aliquid jus vel juris clameum possessionem vel proprietatem in ipsis terris cum pertinenciis / aut in aliqua ipsarum parte / potero poterint vel poterit exigere seu aliquo qualiter vendicare · In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum apposui · Apud Aberden · undecimo · die mensis Decembris · anno Domini · millesimo · cccc° · Undecimo ·

Littera inquisitionis super terra de Forglen · ² (A.D. 1457.)

Hec inquisicio facta in pretorio burgi de Aberdene · coram Willelmo de Murraua de Tulibardyn · vicecomite de Banf specialiter deputato · tercio die mensis Nouembris · anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo · per subscriptas personas / videlicet / Willelmum Cumyn · Dauid Scrymgoure · Willelmum Reid de Collistounne · Thomam

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

² [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS. On the thirteenth of October, 1466, in presence of the lords auditors of parliament, “Andro Vrre askit the landis of Forglene to borghe at the abbot of Arbrothe offerand him to do therfor that he aucht to do of law and tharuppone askit answeire / To the quhilk answerit the said abbot sayand that he suld do that law walde.” (Acta Dominorum Auditorum, p. 5; Robertson's Parliamentary Records of Scotland, p. 143.)]

de Alyrdas · Walterum Barklay · Johannem Fyf · Ricardum Vaus · Lanxlotum de Abernethy · Archibaldum Stewart · Andream Glaster · Umfredum Abercrumby · Alexandrum de Gardyn · Donaldum Oige · Ferquhardum Lamme · et Jacobum Wentoun · Qui jurati dicunt quod quondam Dominus Alexander de Irwyn de Drum miles / auus Alexandri de Irwyn latoris presencium / obiit ultimo vestitus et saisitus ut de feodo ad fidem et pacem Domini nostri Regis · de terris de Forglint cum pertinenciis · jacentibus infra vicecomitatum de Banf · Et quod idem Alexander est legitimus et propinquior heres dicti quondam Alexandri cui sui de dictis terris cum pertinenciis · Et quod nondum est legitime etatis · Et quod dicte terre cum pertinenciis valent nunc per annum viginti marcis / et valuerunt tempore pacis decem libris · Et quod dicte terre cum pertinenciis tenentur in capite de Domino Abbate et conuentu de Aberbrothoc per seruicium warde et releuij / ac ferendi vexillum de Brekbenach in exercitu Regis / nec non soluendo eisdem Abbati et conuentui · XL · solidos usualis monete Scocie proporcionaliter annuatim ad duos anni terminos usuales Penthecostes / videlicet / et Sancti Martini in hyeme per equales porciones · Et quod nunc sunt in manibus dicti Domini Abbatis et conuentus legitime per seipos causa warde / et a tempore obitus dicti quondam Domini Alexandri qui obiit in mense Julij ultimo preteriti / et sic quasi per quatuor menses · Datum et clausum sub sigillo dicti vicecomitis et sigillis quorundam qui huic inquisitioni intererant faciente · anno die et loco supradictis ·

Instrumentum super homagio Alexandri Iruyne pro terris de Forglene / et quod tenentes regalitatis cum dicto Alexandro ad exercitum Domini Regis sub le Brebennach meabunt et equitabunt ·¹ (A.D. 1481.)

In Dei nomine · Amen · Per hoc presens instrumentum cunctis pateat euidenter quod anno ab incarnatione Domini · m^o · cccc^o · lxxxj^o · mensis vero Maij die · xxj^o · Indiccione · xiiij^{ta} · pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri Domini Sixti diuina prouidencia Pape quarti anno decimo · Coram venerabili in Christo patre Georgio permissione diuina Abbate monasterij de Aberbrothoc nostrorumque notariorum publicorum et testium subscriptorum presencia · personaliter comparuit nobilis vir Alexander Iruyne de Drum · visis perlectis et ad plenum intellectis cartis

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

literis evidenciis instrumentis documentis et munimentis quampluribus de et super terris de Forglene confectis antecessoribus dicti Alexandri . Pro quibus quidem terris de Forglene cum suis pertinentiis prefatus Dominus Abbas dominus superior dictarum terrarum jure ipsius Alexandri in et ad dictas terras cum pertinentiis considerato et ad plenum intellecto / cum jurisperitis mature ausatus / de consensu et assensu conuentus dicti monasterij realiter recepit ipsum Alexandrum in suum tenentem terrarum predictarum de Forglene cum suis pertinentiis / secundum tenorem et formam cartarum et evidenciarum suarum desuper confectarum . Pro quibus eciam terris de Forglene cum suis pertinentiis dictus Alexander Iruyne fecit homagium . flexis genibus . corporali juramento dicto Abbati prestito . junctis manibus ut moris est soliti et consueti . Preterea dictus Dominus Abbas dixit et constituit ut tenentes regalitatis dicti monasterij de Aberbrothoc ubicunque existentes cum dicto Alexandro ad exercitum Domini nostri Regis sub le Brechemmach / videlicet / sub vexillo dictorum Abbatibus et conuentus / meabant et equitabant cum requisiti fuerint per dictum Dominum Abbatem et conuentum dicti monasterij et suos successores / pro defensione Regis et regni . Super quibus omnibus et singulis dictus Abbas a nobis notariis publicis subscriptis sibi fieri peccit presens publicum instrumentum . Acta erant hec / apud Torre in capella eiusdem / hora secunda aut eocirca post meridiem sub anno die mense Indiccione et pontificatu quibus supra . Presentibus ibidem nobilibus viris / Alexandro Guthery de eodem . Johanne Ogiluy . Jacobo Lesly . Johanne Fothringhame . et Alexandro Symonis notario publico / cum diuersis aliis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis .

Et ego vero Robertus Leis presbyter Aberdonensis diocesis publicus Imperiali et Regali auctoritatibus notarius [*etc.*]

Et ego Thomas Strathachin Sancti Andree diocesis presbyter auctoritatibus Imperiali et Regali notarius publicus [*etc.*]

Carta Alexandri Irwyn super Forglen cum aduocacione ecclesie eiusdem .¹ (A. D. 1483.)

Omnibus hanc cartam visuris vel auditoris Villelmus permissione diuina Abbas monasterij Sancti Thome Martiris de Abybroth et conuentus eiusdem / eternam in Domino salutem . Noueritis nos vnanimi consensu

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

et assensu dedisse [etc.] dilecto nostro Alexandro Irwyne de Drum . omnes et singulas terras nostras de Forglene / cum suis pertinenciis / iacentes infra vicecomitatum de Banf una cum aduocacione patronatus ecclesie parochialis de Forglene . Que quidem terre cum aduocacione iuris patronatus ecclesie dicte cum suis pertinenciis fuerunt quondam ipsius Alexandri hereditarie et quas idem Alexander [etc.] sua mera puraque et spontanea voluntate in manus nostras per fustem et baculum apud Abyrbrocht coram testibus subscriptis sursum reddidit pureque et simpliciter resignauit . Tenendas [etc.] in feodo et hereditate inperpetuum . Salua nobis et successoribus nostris inperpetuum regalitate in eisdem . Reddendo inde [etc.] annuatim quadraginta solidos vsualis monete Scocie [etc.] et faciendo in exercitu Domini nostri Regis seruicium de le Brek-bannach debitum et consuetum tantum pro omni alio onere seruicio seculari exaccione seu demanda [etc.] Saluis nobis et successoribus nostris wardis releuiis et homagiis et aliis seruiciis dietarum terrarum debitis et consuetis [etc.] . In cuius rei testimonium commune sigillum capituli nostri huic presenti carte nostre est appensum . apud Abyrbrocht . sexto die mensis Februarij . anno Domini . millesimo . quadringentesimo . octogesimo . tercio . Testibus nobilibus viris Johanne Oglyvy de Ballyndoch . Willemo Olyphant filio Domini Olyphant . Alexandro Burnatt de Leyis . Alexandro Irwyne de Beldeis . Nycolao Fodryngame . Johanne Fodryngame . armigeris / Dominis Roberto Leys et Alexandro Symonis vicario de Banchory Tarny notariis publicis . cum multis aliis .

Inquisicio Alexandri Irwene de terris de Forglene . ¹ (A.D. 1494.)

Hec inquisicio facta apud burgum de Abbirbroth in hospicio nobilis domini Jacobi Domini Ogilwy de Erle / coram nobili viro Johanne Ogilwy barone de Fyngask balliuo regalitatis de Abbirbroth . vicesimo tercio die mensis Julij . anno Domini . millesimo . cccc^o . nonagesimo quarto . per hos fideles patrie subscriptos / videlicet / Thomam Dominum Innermeith . Thomam Ogilwy militem / Jacobum Giffert . Dauid Rossy filium et heredem apparentem Dauid Rossy de eodem / Oliferum Ogilwy . Alexandrum Baldewy de eodem . Willelmum Guthry de Kynblaithmont . Dauid Barclay . Duncanum Lyctone / Jacobum Ramsay de Balnele . Dauid Fethy / Dauid Dowglace . Jacobum Dowglace . Johannem Brown .

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoch, MS.]

Johannem Vatsone / Qui jurati dicunt quod quondam Alexander Irwyne de Drwm pater Alexandri Irwyn latoris presencium obiit ultimo vestitus et saisitus ut de feodo ad pacem et fidem supremi Domini nostri Regis de terris de Forglene jacentibus in regalitate de Abbirbroth infra vicecomitatum de Banff una cum aduocacione juris patronatus ecclesie de Forglene cum suis pertinenciis . Et quod dictus Alexander est legitimus et propinquior heres eiusdem quondam Alexandri patris sui [etc.] Et quod dicte terre [etc.] tenentur de Domino Abbate et conuentu Sancti Thome Martiris de Abbirbroth in capite reddendo inde annuatim [etc.] quadraginta solidos usualis monete regni Scocie [etc.] et faciendo in exercitu Domini nostri Regis seruicium de la Breckenach debitum et consuetum [etc.] Et quod dicte terre sunt in manibus dictorum dominorum Abbatis et conuentus [etc.] tanquam in manibus dominorum superiorum earundem per spacium octo mensium aut eocirca post decessum dicti quondam Alexandri Irwyne [etc.] In quorum fidem et testimonium omnium premissorum sigilla quorundam qui dicte inquisitioni intererant una cum sigillo dicti Johannis Ogilvy balliui dicte regalitatis die mense et loco prescriptis sunt appensa .

Confirmacio terrarum de Forglen Alexandro Irwyn filio et heredi apparenti Alexandro Irwyn de Drum .¹ (A.D. 1499 et A.D. 1500.)

Omnibus hanc cartam visuris vel audituris Dauid permissione diuina Abbas de Abirbroth [etc.] Noueritis nos quandam cartam predilecti nostri Alexandri Irwyn de Drum [etc.] ad plenum intellexisse sub hac verborum forma que sequitur . . OMNIBUS hanc cartam visuris vel audituris Alexander Irwyn de Drum / eternam in Domino salutem . Noueritis me filiali zelo affectione et amore / vtilitate mea in hac parte vndique preuisa et diligenter considerata / dedisse [etc.] Alexandro Irwyn filio meo carissimo et heredi apparenti et Jonete Allerdes sue sponse eorumque alteri diucius viuenti / in coniuncta infeodacione / omnes et singulas terras meas de Forglen cum suis pertinenciis jacentes infra vicecomitatum de Banff . Tenendas [etc.] prefatis Alexandro et Jonete sponse sue eorumque alteri diucius viuenti in coniuncta infeodacione et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis / quibus forte deficientibus michi et heredibus meis legitimis propinquioribus quibuscunque iterum reuertendas /

¹ [From the Registrum Recentius Cenobii de Aberbrothoc, MS.]

